restituere pollicetur. si igitur me audias, foedus panges. nam hoc pacto res tuae ad bellum melius erunt instructae; et si deinde secundo accesseris hostiliter, facile vinces.” haec ubi esset elocutus, statim in sententiam suam perduxit regem. qui deinde ex sententia Bulci, aut quemadmodum Bulco promiserat, nuntium misit in ianuas regis, advocans regios legatos, quasi his praesentibus foedus percussurus et regionem recepturus. Amurates igitur legatos ire iubet, quorum auctoritate foedera fiebant, quibus cavebatur ut Georgius regionem suam teneret, et eius regionis tributi partem dimidiam regi quotannis solveret. Iusiurandum quoque exigebatur, ne Pannones deinceps popularentur regis regionem, neve Turci transirent ad Istrum ad vastandam Pannonum regionem: verum fides iureiurando utrinque accepta est, ut ex eo tempore sint inter se hospites et amici; quod tamen absque dolo fraudeque utrorumque fiat. Dacis imperatur ut sint regis tributarii, quemadmodum regio foedere, quod iam ante intercesserat, continebatur. praeterea ut pertinerent, quemadmodum hactenus, ad Pannones.

His ita compositis Amurates continuo expeditionem contra Caramanum sumpsit. nam hic, ubi primum cognoverat Pannones bellum inferre Amurati traiectoque Istro regis regionem evastare, haud incommodum sibi fore suisque rebus ratus, si regis in Asia regionem

ἣν ἐπιὼν καταστρέφοιτο τὴν κατὰ τὴν Ἀσίαν βασιλέως χώ-
P. 168 ραν, ἐξήλαυνέ τε, καὶ ἐπῄει καταδουλούμενος ὅ τι ἂν αὐτῷ προχωροίη. πρόσθεν γὰρ ὅτε οἱ Παίονες ἔμελλον στρατεύεσθαι ἐπὶ Ἀμουράτη, γνώμῃ τε παραπλησίᾳ ὥρμηντο ἐπ' αὐτόν, ὥστε ἀπ' ἀμφοῖν ταῖν χώραιν ἐπιόντων στρατῶν διασχίζοιτο αὐτῷ τὰ στρατεύματα καὶ οὕτω ἀσθενῆ ξυμβαίνοι γίνεσθαι. Ἀμουράτης μὲν οὖν ἐπὶ τὸν μείζονα πόλεμον ἀφικόμενος, καὶ τοῦτον αὐτῷ ἐπὶ τὸ βέλτιον θέμενος, ἐστρατεύετο αὐτίκα ἐπὶ Καραμᾶνον. ὁ δὲ πρέσβεις τε πέμπων ἠξίου τά τε ἄλλα αὐτῷ ὑπουργεῖν, ὧν ἂν δέοιτο αὐτοῦ, καὶ ὁμήρους καὶ πιστὰ παρέχεσθαι ἐπὶ τούτοις.

B Ταῦτα μέντοι αὐτῷ κατὰ τὴν Ἀσίαν ξυνεβεβήκει, κατὰ δὲ τὴν Εὐρώπην ὑπὸ μέντοι τῶν Πελοποννησίων ἡγεμόνων ἐς τὴν χώραν αὐτοῦ τοιάδε ἐγένετο. ὡς γὰρ Θεόδωρος ὁ μετ' αὐτὸν βασιλέα Ἑλλήνων γενόμενος, ὡς οἰχόμενος παρῆν
V. 132 ἐς Βυζάντιον ἐπὶ τὴν βασιλείαν, Κωνσταντῖνος ὁ ἐπίκλην Δράγασις, ἀφικόμενος ἐς Πελοπόννησον καὶ παραλαβὼν τὴν τοῦ ἀδελφοῦ χώραν, τά τε ἄλλα καὶ Σπάρτην τὴν πρὸς τὸ Ταΰγετον ὄρος, καὶ σχεδὸν ξύμπασαν τὴν ἄλλην Πελοπόννησον (πλὴν γὰρ τῆς τοῦ Θωμᾶ τοῦ βασιλέως ἀδελφοῦ χώρας, τὴν ἄλλην ὑφ' αὐτῷ εἶχε παραλαβών), ἐνταῦθα ὡς ἀφίκετο,
C τό τε ἐν τῷ Ἰσθμῷ τειχίζειν παρεσκευάζετο, καὶ τὴν ἐκτὸς

1. Ἀσίας P 4. ὥρμητο?

subigeret, cum impetu in eam irruebat, omnia subiiciens et in servitutem redigens, quocunque se vertisset. Caramanus namque cum audisset Pannones petere bello Amuratem, et ipse hostili animo contra ipsum profectus est. itaque cum ab utraque regione hostis accederet, Amuratis exercitus distrahebatur et infirmior reddebatur. cum igitur maximum impenderet Amurati bellum, sibi utile fore ratus, foedus cum Pannonibus pepigit, omnemque belli tempestatem in Caramanum avertit. Caramanus ne vim regis experiretur, misit legatos petitum pacem; quibus mandarat ut dicerent se paratum esse servire Amurati, quandocunque sua opera indiguisset. sin promissis parum fidei haberet, se obsidibus et caeteris, ne quid dubitaret, cauturum.

Haec quidem Amurati in Asia acciderunt. in Europa vero a Peloponnesiacis principibus quid in regione eius gestum sit, nunc dicetur. ut enim Theodorus qui postea rex electus est, venit Byzantium in regnum suum, Constantinus cognomento Dragosis in Peloponnesum adveniens et assumens fratris regionem, inter caetera et Spartam, quae vergit ad montem Taygetum, et propemodum univer-

Πελοποννήσου χώραν ἀφίστη ἀπὸ βασιλέως, [τήν τε Βοιωτίαν κατέσχε,] καὶ τὴν Θηβῶν πόλιν ὑφ' αὑτῷ ποιησάμενος καὶ ξύμπασαν τὴν Βοιωτίαν κατέσχε. καὶ ὁ τῆς Ἀττικῆς τύραννος φόρον τε ἀπάγειν αὐτῷ ὑπισχνούμενος σπονδὰς ἐποιήσατο. καὶ τό τε Πίνδον ὄρος — Βλάκοι δ' ἐνοικοῦσιν αὐτό, τῶν Δακῶν ὁμόγλωττοι· τοῖς παρὰ τὸν Ἴστρον Δαξὶν ὁμοίωντο. ἀφικόμενοι παρὰ τοῦτον τὸν ἡγεμόνα, παραδιδόντες σφίσιν, ἐπολέμουν τοῖς τὴν Θετταλίαν οἰκοῦσι Τούρκοις, λαμβάνοντες ἄρχοντα παρὰ τοῦ Πελοποννησίων ἡγεμόνος. D *Λεωδορίκιόν τε τὸ κατὰ τὴν Λοκρῶν χώραν ᾠκημένον πολίχνιον, Πίνδου μέντοι τὸ κατὰ τὴν Φανδρίου πόλιν ᾠκημένον, ἄρχοντα λαμβάνει ἀπὸ βασιλέως. τὸ δὲ αὖ κατὰ τὴν Ἀχαΐαν καθῆκον Ἀραβαῖοι ᾤκουν ἄνδρες Ἀλβανοί, ὑπὸ βασιλέως συγχωρηθέντες ἄρχειν τῆς πατρῴας αὐτῶν χώρας· καὶ οὗτοι ἀφίκοντο ἐς τοὺς Ἕλληνας. συναγαγὼν δὲ καὶ ξύμπασαν τὴν Πελοπόννησον ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἐτείχισεν αὐτόν, ὡς ἠδύνατο τάχιστα, συγκαλέσας αὐτοῦ καὶ τὸν ἀδελφόν, καὶ ἧς αὐτὸς ἦρχε χώρας, ξύμπαντας ἐνταῦθα μεταπεμψάμενος ἐληλάκει* P. 169 *τὸ τεῖχος, παραδοὺς ἑνὶ ἑκάστῳ ὅσον ἐν τοσῷδε χρόνῳ παρέχοιτο ᾠκοδομημένον. ὡς δὲ τὸ τεῖχος τοῦ Ἰσθμοῦ αὐτῷ*

6. *αὐτοὶ* P 8. *σφᾶς* ? 17. *ἧς*] *ὡς* P.

sam Peloponnesum, praeter Thomae, qui frater erat regis, regionem obtinuit. etiam Isthmum muro includere parabat; nec cessabat regis regionem, quae extra Peloponnesum est, ad defectionem solicitare. Boeotiam et Thebanorum urbem universamque Boeotiam in dicionem redegit. Atticae tyrannus sive princeps nolebat cum eo pugnare, verum tributum se quotannis ipsi pensurum promittebat. hinc foedere icto in amicitiam receptus est. Pindum quoque (quem hodie Mezzono appellant) occupavit. hunc montem Blaci incolunt, quibus eadem cum Dacis est lingua; nec quicquam ab Dacis, qui Istrum accolunt, differre cognoscuntur. advenientes igitur ad istum ducem se ipsi ei dediderunt, et deinceps bellum gerebant cum Turcis in Thessalia habitantibus, accipientes ducem ab Peloponnesiaco principe. Leodoricium oppidulnm in Locrensium regione situm et Pindo adhaerens, versus Phandrium urbem, principem a rege accipit. hunc montem, qua se in Achaiam porrigit, inhabitant Arabaei viri Albani, quibus permissum est ab rege patriam suam regere regionem. hi quoque ad Graecos deficiebant. contrahens igitur universam Peloponnesum in Isthmum, muro eum cingere instituit. opus autem istud maturavit accersito fratre, qui et ipse regionem sub se habebat. universos igitur huc congregans murum divisit, et singulis tantam, quantam brevi extruere possent, partem assignavit. murus Isthmi cum

παρεσκεύαστο, στρατόν τε ἔπεμπεν ἐπὶ τὴν βασιλέως χώραν, καὶ ἐδῄου τε τὴν χώραν καὶ πολεμῶν διεγένετο.

Μετὰ δὲ ταῦτα οὐ πολὺν χρόνον Ὀμάρης ὁ Τουραχάνεω παῖς, παραλαβὼν τὸ Θετταλίας στράτευμα, ἐπήλασέ τε ἐπὶ τὰς Θήβας καὶ τὴν Ἀττικήν, καὶ ληισάμενος ἀπέλαυνε, λείαν ἀπάγων ἱκανήν. ἔνθα δὴ Νέριος ὁ Ἀθηνῶν τύραννος, ὡς ἑώρα τὰ Τούρκων πράγματα αὖθις ἐπανιόντα ἐς τὸ πρότερον καθεστηκός, ἐπρεσβεύετο ἐς τὰς θύρας καὶ ἠξίου αὑτῷ B σπένδεσθαι βασιλεῖ, ἐφ' ᾧ ἀπάγειν φόρον ὃν ἂν αὐτῷ τάξαιτο. βασιλεὺς μὲν οὖν Ἀμουράτης ἐπείθετό τε καὶ ἔσπενδεν αὐτῷ, ἐφ' ᾧ καὶ πρότερον ἀπέφερε φόρον ἀπάγειν καὶ τοῦ λοιποῦ. ὁ δὲ Νέριος οὗτος ἀφίκετο, ἀπὸ Φλωρεντίας τῆς Τυρρηνῶν μητροπόλεως ὤν, ἐπὶ τὴν Ἀθηνῶν τυραννίδα τρόπῳ τοιῷδε. Ἀντώνιος ὁ Ῥαινερίου παῖς τοῦτόν τε ἅμα καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μεταπεμψάμενος ἀπὸ Φλωρεντίας προσήκοντάς τε αὑτῷ καὶ ξυγγενεῖς εἶχε παρ' ἑαυτῷ, τὴν δίαιταν παρεχόμενος. ἐπεὶ δὲ ἐτελεύτησεν Ἀντώνιος, ὑπὸ εὐεξίας ἀποπνιγεὶς κατὰ τὸν ὕπνον, ἥ τε γυνὴ αὐτοῦ ἔπεμπεν ἐς βασιλέα τὴν ἀρχὴν ἐπιτραπῆναι αὐτῇ τε καὶ τῷ τῆς πόλεως C ἀμείνονι, ἑαυτῆς δὲ προσήκοντι, πατρὶ δὲ ἡμετέρῳ. τοῦτον ὡς ἔπεμπε πειρασόμενον παρὰ βασιλεῖ, καὶ χρήματα διδοῦσα

5. ἐπέλαυνε P 11. ᾧ] ᾧ ὂν? 18. ἀποπνηγεὶς P, ἀποπληγεὶς T: οἶμαι ἀποπληξίας ἀποπληγεὶς margo R.

iam esset absolutus, exercitum misit, qui regis regionem popularetur, et ex professo cum rege bellum gerebat.

Nec multo post Amures Turachanis filius, assumpto Thessaliae exercitu, impetum in Thebas et Atticam dedit. quibus vastatis reversus est magna praeda onustus. Nerius Atheniensium princeps, ut vidit Turcorum res denuo exoriri et pristinam felicitatis formam recipere, legatos misit in ianuas, petitum pacem, ut qui velit cum eo foedus inire et tributum quemadmodum antea, quotannis solvere. rex Amurates legationem benigne audivit, foedusque et pacem dedit, hac condicione ut quotannis, quemadmodum antea, sibi tributum ferret. Nerius iste a Florentia, quae Tyrrhenorum est metropolis, ad Atticae principatum hoc modo processit. Antonius namque Rainerii filius hunc simul et fratrem accersitos a Florentia, propinquos et cognatos suos, secum habuit, victum eis et necessaria ministrans. postquam autem Antonius apoplexia in somno ictus expiravit, uxor eius misit legationem ad regem Amuratem, ut sibi et ei qui in ea civitate erat optimus principatum committeret. is erat mulieri propinquus genere et meus pater; quem misit ad regem cum immensa pecuniae vi, ut sibi principatum Atticae regionis et Boeotiae traderet. ut autem egressus urbe iter ad regem ingrediebatur, qui in urbe erant poten-

μεγάλα, ὥστε διαπράττεσθαι σφίσι τὴν ἀρχὴν τῆς τε Ἀττικῆς ἅμα καὶ Βοιωτίας, ὡς ἐξελαύνων ἐκ τῆς πόλεως ἐπορεύετο παρὰ βασιλέα, οἳ προέστησαν τοῦ δήμου, κατὰ τὸ πρὸς αὐτὸν Χαλκοκονδύλην ἔχθος τήν τε γυναῖκα τοῦ Ἀντωνίου ἀπάτῃ παρήγαγον ἐκ τῆς ἀκροπόλεως, καὶ τοὺς προσήκοντας Ἀντωνίου καθίστασαν τυράννους, καὶ τὸ γένος ἐξελάσαντες αὐτοὶ ἴσχουσι τὴν πόλιν. ἐπιγαμίαν δὲ ποιησάμενοι πρὸς τὴν γυναῖκα τοῦ Ἀντωνίου ἐπὶ θετῷ αὐτῆς παιδὶ ἀγαθῷ, ἐς τὴν ἀκρόπολιν παρῆσαν. καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον ἐκβάλλοντες τὴν ἀκρόπολιν, καὶ γένος ἡμῶν ἐξελαύνοντες, τὰ τῆς πόλεως D *πράγματα ἔσχον. ὁ μὲν δὴ Χαλκοκονδύλης ἀφικόμενος παρὰ βασιλέα ἐς φυλακὴν μέντοι περὶ αὐτὸν ἐγένετο, ὑπὸ βασιλέως κελευόμενος παραδοῦναι τὴν χώραν. ὡς δὲ ὑποσχόμενος ἐς τρεῖς μυριάδας χρυσίου οὐδέν τι ἔπρασσε, στρατὸν δὲ ἐπύθετο πεπομφέναι βασιλέα ἐπὶ Βοιωτίαν ὡς τὴν Θηβῶν πόλιν παραστησόμενον, διεπράξατό τε καὶ ἀπέδρα ἐπὶ Βυζάντιον, καταλιπὼν τούς τε θεράποντας καὶ σκηνὰς ἅμα καὶ ὑποζύγια. ἐπιβὰς δὲ νεὼς ἀπὸ Βυζαντίου ἔπλει ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον. καὶ ἐνταῦθα νῆες αὐτοῦ περιπλέουσαι τῶν τυράννων τῆς Ἀττικῆς συλλαμβάνουσί τε τὸ πλοῖον, καὶ αὐ-* P. 170 *τὸν ἑλόντες Χαλκοκονδύλην ἀνήγαγον παρὰ βασιλέα δέσμιον. βασιλεὺς μὲν οὖν αὐτῷ ἀφῆκε τὴν αἰτίαν καὶ συνέγνω, μηδὲν ἐπὶ τούτῳ αἰτιασάμενος· αὐτὸς μέντοι τὰς τρεῖς μυριά-*

8. *ἐς* T, *καὶ* P

tissimi, odio Chalcocondylis moti, uxorem Antonii dolo deduxerunt ex arce, et Antonii propinquos in principatum promoverunt, uxorisque genus urbe expellentes ipsi civitatem tenuere. affinitatem vero iungentes cum uxore Antonii in filio adoptivo, viro haud improbo, in arcem redierunt. nec tamen multo post expulsa muliere Acropolim occuparunt, et rem publicam obtinuere, eiecta nostra familia. Chalcocondyles ut venit ad regem, captus et in carcerem coniectus est, iussus reddere regionem. cum autem polliceretur triginta milia aureorum, ne sic quidem efficere quicquam potuit. acceperat interea regem exercitum misisse contra Boeotiam, ut Thebas urbem occuparet. ipse interim haud cessabat sedulo agere, sicubi fugae daretur occasio, ut aufugeret Byzantium. quae ubi primum oblata est, relicto tabernaculo et iumentis profugit Byzantium; ibique conscensa navi solvit in Peloponnesum. naves igitur Atticae regionis principum per mare oberrantes navem fugientis capiunt, et ipsum Chalcocondylen vinctum perduxerunt ad regem. rex ei delictorum veniam dedit, nihil eum propter delicta culpans. cum autem ipsi poscerentur triginta milia aureorum, responde-

δας ἀπαιτούμενος οὐκ ἔχειν ἀποδιδόναι ἔφασκεν. ἐντεῦθεν ἡ χώρα ἐλεηλατεῖτο μεγάλως ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἐν τῇ Θετταλίᾳ χώρᾳ. Νέριος δὲ τύραννος ὢν τὴν ἀρχήν, καὶ θηλυδρίας ὢν καὶ μαλακώτερος, ὑπὸ ἀδελφοῦ Ἀντωνίου ἀφῄρητο τὴν ἀρχὴν ἐπιβουλευθείς. μετὰ δέ, ὡς ἐτελεύτησεν Ἀντώνιος, ἐς τὴν ἀρχὴν αὖθις κατέστη Νέριος ὁ Ἀντωνίου ἀδελφός, ἀπὸ
B Φλωρεντίας ἀφικόμενος. τότε δὲ διὰ τὴν εἰς τοὺς Ἕλληνας αὐτοῦ συμμαχίαν ἐδῄου τὴν χώραν ὁ τῆς Θετταλίας ὕπαρχος. πράγματα δὲ ἔχων εἰρήνην ἐποιεῖτο πρὸς βασιλέα. καὶ οἱ Ἕλληνες πυθόμενοι ἐστρατεύοντο ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. ἐνταῦθα ἄγγελόν τε ἔπεμπε πρὸς τὸν βασιλέα, ὡς κακῶς ποιοῖεν αὐτὸν οἱ Ἕλληνες καὶ πολιορκοῖεν τὴν πόλιν, πειρώμενοι ἐξελεῖν. καὶ Τουραχάνης δέ, ὁ τῆς Θετταλίας ὕπαρχος, τῷ τε βασιλεῖ πέμπων ἀγγέλους ἐπῇρεν ἐπὶ Πελοπόννησον στρατεύεσθαι. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον χρόνῳ πολλῷ ἐγένετο· τότε δὲ ὑπὸ Πελοποννήσου ἡγεμόνι, βασιλέως δὲ ἀδελφῷ ἐδεδούλωτο, τρόπῳ ᾧ πρότερόν μοι δεδήλωται.

C Ἀλλὰ κατὰ μὲν τοὺς Ἕλληνας καὶ τὴν Πελοπόννησον τοιαῦτα ἐγένετο, κατὰ δὲ τὸν Βυζαντίου βασιλέα τάδε ξυνεβεβήκει. τούς τε γὰρ Παίονας ὡς ᾔσθετο ἀπελάσαντας καταλύσασθαι τῷ Ἀμουράτῃ, Γεωργίου ἐς τοῦτο παρακαλέσαντος, ἔπεμπον πρέσβεις παρὰ τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα, ὑποτιθέ-

3. χώρᾳ] ὑπάρχου?

runt se eos nequaquam posse solvere. hinc regio eorum populationibus graviter divexata est ab Turcis, qui in Thessalia morabantur. Nerius autem princeps cum iam ab initio foret imbellis et effeminatior, per insidias a fratre Antonio principatu deturbatus est. mortuo tandem Antonio Nerius Florentiam veniens in principatum restitutus est. ea tempestate, quia socia arma iunxerat Nerius Graecis, ipsius regio ab Thessaliae duce evastabatur. cum autem gravissime populationibus urgeretur, tandem necessitate subigente pacem cum rege fecit. Graeci audientes pacem inter Atticae principem et regem convenisse, continuo arma contra Athenienses capiunt. princeps nuntio misso indicavit regi in quanto periculo haereret: Graecos urbem obsidere, eamque summa vi, ut capiant, niti. Turachanes igitur Thessaliae praefectus mittens nuntios ad regem eum hortabatur ut bello Peloponnesum lacesseret. sed haec longo tempore demum contigere. verum ea tempestate ab duce Pelloponnesi regis fratre, quemadmodum diximus, in servitutem redactus est.

Inter Graecos et in Peloponneso haec acta sunt. quid vero egerit rex Cpolitanus, in sequentibus declarabitur. nam hic ut accepit Pannones abiisse, et foedera impulsu Georgii cum Amurate sanxisse,

μενοι ὡς τριήρων καὶ νεῶν παραγενομένων σφίσιν ἐς τὸν Ἑλλήσποντον, ὥστε ἀπόντι αὐτῷ ἐς τὴν Ἀσίαν μὴ ἐπιτρέψαι διαβῆναι ἐς τὴν Εὐρώπην, εὐπετῆ ἂν γένοιτο ταῦτα χειρωθῆναι τὰ πράγματα αὐτοῦ· εἴτε τὸ τῆς Εὐρώπης στράτευμα σὺν τῷ Ἀμουράτῃ ἀπομονωθήσεται, οὐκέτι εἰς χεῖρας τοῖς Παίοσιν ἰέναι ἐθελήσει. ἔπεμπον δὲ καὶ ἐς τοὺς Κελτοὺς καὶ τὸν Βουργουντίας ἡγεμόνα, ἀναμιμνήσκοντες ὡς δίκαιοι εἶεν δίκην D πράττεσθαι τῶν ἐν τῷ πολέμῳ Παιαζήτεω ἀποθανόντων Κελτῶν διὰ τὴν τοῦ Σιγισμούνδου ἀγνωμοσύνην. συνεπελάβοντο μὲν οὖν σὺν τῷ ἀρχιερεῖ Ῥωμαίων, καὶ τριήρεις ἐπλήρωσαν δέκα, ἐπὶ Ἑλλήσποντον πέμποντες. καὶ ἀρχιερεὺς δὲ δέκα ἄλλας πληρώσας ἀπέστελλεν ἐπὶ βασιλέα Ἰωάννην, ὡς ποιησομένους ἃ ὑποθοῖτο αὐτοῖς βασιλεύς. οὗτοι μὲν οὖν ἀφικόμενοι ἐς τὸν Ἑλλήσποντον διεκώλυον Ἀμουράτεω τοῦ ἐς τὴν V. 134 Εὐρώπην διαβῆναι.

Κατὰ δὲ τὴν παράλιον τῆς Μακεδονίας ἐς τὸν Ἰόνιον συνέβαινε τοιάδε. ὡς γὰρ προσδόκιμοι ἦσαν οἱ Παίονες ἀφίξεσθαι αὖθις ἐς τὴν Εὐρώπην, ὡς ἐξελόντες Τούρκους τε καὶ Ἀμουράτη ἐκ τῆς Εὐρώπης, προϊδόντες ὅτι ἔσοιτο αὖθις ὁ P. 171 πόλεμος (προηγγέλλετο γὰρ ἁπανταχῇ τῇ Εὐρώπῃ ὡς συλλέγοιντό τε αὖθις στρατευσόμενοι οἱ Παίονες καὶ ὁ Ἑλλήσποντος ὑπὸ τῶν ἑσπερίων κατέχοιτο), ὥρμητο καὶ αὐτός τις

3. ταύτῃ? 4. εἰ γὰρ τὸ? 12. ὑπέστελλεν P 18. ἐξελοῦντες? an ἐξελῶντες?

legatos misit ad Romanum pontificem, consulentes, si triremes et naves adventarent in Hellespontum, quibus praecluderetur Amurati in Europam transitus, Amuratem facile debellari posse. si enim Europae exercitus solus apud Amuratem relictus fuerit, haud pugnare adversus Pannones volet. legati ire iussi sunt ad Gallos et Burgundiae ducem, in memoriam revocantes cladem quam perpessi sunt sub Paiazite imprudentia Sigismundi. eam cladem, si modo velint, Turcis reddi posse. adiuverunt itaque Romanum pontificem, et triremes impleverunt decem, quas in Hellespontum misere. etiam pontifex decem triremes instruxit et militibus complevit et ad regem Ioannem misit, quasi facturus quae rex imperasset. venientes igitur in Hellespontum prohibuerunt Europae accessu Amuratem.

Haec autem acciderunt iuxta maritimam Macedoniae regionem, versus Ionium. cum fama volaret Pannones in armis esse et advenire in Europam, ut inde eiicerent Turcos et Amuratem, iamque omnes bellum expectarent haud dubie imminens, quia longe lateque rumor increbrescebat Pannones exercitum concribere et Hellespontum iam ab Occidentalibus esse occupatum, singuli animum intendebant ad

ἕκαστος ἐπὶ τὴν πατρῴαν αὐτοῦ ἀρχήν, ὡς σχήσων τε καὶ καταληψόμενος ὅ τι ἂν αὐτῷ προχωρήσειεν. ἔνθα δὴ καὶ Ζενεμπίσας ἀπὸ Μακεδονίας τῆς πρὸς τὸν Ἰόνιον παραλίου ὡρμημένος, συμπαραλαμβάνων τοὺς ταύτῃ Ἀλβανούς, οἳ ἐνῆσαν αὐτῷ, προῄει διὰ τῆς Ἀργυροπολίχνης, καὶ τήν τε πεδιάδα, ὅσην ᾤκει ἐνταῦθα μέχρι Καστορίας, ὑπηγάγετο. ἐν-
B ταῦθα δὴ Θερίζης ὁ Βερροίας ὕπαρχος, ξυναγαγὼν τοὺς παρὰ Ἀζίνη Σκύθας τε ἅμα καὶ Τούρκους τοὺς βασιλέως, ἐπισπομένων αὐτῷ καὶ συχνῶν τῶν ἀπὸ τῆς Θέρμης τε καὶ Λίμνης τῆς Περραιβῶν, ἐπέλασέ τε ἄφνω, καὶ ἀπαρασκεύοις ἐπισπεσών, ἐσκηνωμένοις αὐτοῦ ταύτῃ που περὶ τὴν τῆς Καστορίας χώραν, τοὺς πλείστους τε αὐτῶν Ἀλβανῶν διέφθειρε, καὶ αὐτὸν Ζενεμπίσαν τὸν ἡγεμόνα ἀνελὼν ἐπὶ πολὺ ἤλασε φόνου, ἐνταῦθα τοὺς ἄλλους κατακαίνων.

Ταύτῃ μέντοι ἀνὰ τὴν Εὐρώπην ἐγένετο, καὶ ἐς θόρυβον καθίσταντο ὡς ἕκαστοι ἐπὶ τὰ σφέτερα αὐτῶν ὡρμημένοι πράγματα. καὶ οἱ Τοῦρκοι ἐς φόβον τε ἐγένοντο μέγαν, οἰόμενοι αὐτίκα ἀπόλλυσθαι ὑπὸ τῶν Παιόνων καὶ τῶν πα-
C ροίκων ἐθνῶν ἀλλοφύλων αὐτοῖς· καὶ ὅπῃ τύχοιεν, τὰ τείχη ἐκράτυνον, καραδοκοῦντες ᾗ ἀποβήσεται ἕκαστα ἐς τὸ τοιόνδε. Παίονες δέ, ὡς πρέσβυς ἀφίκετο παρ' αὐτοῦ τοῦ Ῥωμαίων ἀρχιερέως Ἰουλιανὸς καρδινάλιος, ἀνὴρ τά τε ἄλλα ἐπιεικὴς καὶ ἐς τὴν Ῥωμαίων σοφίαν εὐδόκιμος, παρεκάλει τε ἐπὶ τὸν

14. καταβαίνων P 15. ταῦτα? 21. παρὰ τοῦ?

recuperandam patriam regionem, quasi eam nacturi, utcunque tamen alea belli cecidisset. Zenempisas igitur ab Macedonia proficiscens, assumptis qui isthic habitabant Albanis, pergebat per Argyropolichnem, et planitiem eam Castoriam usque subegit. Therizes Berrhoeae princeps, colligens Azatinis Scythas necnon Turcos regis, attractis etiam plurimis ex Therma et Limna Perraeorum; quibus fretus, Zenempisae obviam progressus est. festinans autem imparatos hostes, cum adhuc in Castoriae regione versarentur, oppressit. Albanorum plurimos necavit, Zenempisam ducem peremit, et alios complures.

Haec quidem in Europa evenerunt. et ubique tumultus erat, cum singuli ad sua recipienda properarent. Turcos magna incesserat formido, putantes se perituros Pannonum et finitimarum gentium Marte. ubicunque igitur poterant, moenia et muros firmabant, expectantes quemnam praesens tumultus exitum esset habiturus. legatus qui venerat a pontifice Romano, Iulianus nomine, caeterum Cardinalis et vir bonus et Romanae eruditionis admodum peritus, Pannones ad bellum suscipiendum adversus Turcos cohortabatur; et iusiurandum, quod maximum erat in foedere, ex pontificis mandato solvebat,

πόλεμον, τόν τε ὅρκον, ὃς μέγιστος ἦν αὐτοῖς ἐν ταῖς σπονδαῖς, ἐλύσατο ἐπιτροπῇ τοῦ ἀρχιερέως, ἀνέγνω δὲ τὰ αὐτόθι. καὶ ὥρμηντο στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, οἰόμενοι καταλήψεσθαι αὐτὴν ἔρημον, ἀπόντος τοῦ Ἀμουράτεω κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ διατρίβοντος, καὶ τῶν νεῶν τοῦ ἀρχιερέως αὐτοῦ ἐν τῷ Ἑλλησπόντῳ διαπλεουσῶν ὡς μὴ ἐπιτρέπειν διαβῆναι, D
καὶ [ὑπὸ] τοῦ Ἑλλήνων βασιλέως ὑποσημαίνοντος σφίσι ταῦτα, ὡς οὐκ ἂν ποτε διαβαίη ἐς τὴν Εὐρώπην· τούς τε Βοέμους ἐν σπονδαῖς σφίσι ποιησάμενοι κατὰ τὴν διαφορὰν, δι' ἃ μοι δοκεῖ καὶ τὰς Ἀμουράτεω σπονδὰς ποιήσασθαι, πράγματα σφίσι παρεχόντων, καὶ ὡς παρεσομένου αὐτοῖς ἀπὸ τῶν Βοέμων χώρας πολέμου, ἐδέξαντο τὴν βασιλέως Ἀμουράτεω εἰρήνην, — τότε δὴ συνθέμενοι ἐκείνοις, ὡς παρεῖχεν αὐτοὺς ἐν καλῷ ἡσυχίαν ἄγειν, ὥρμηντο στρατεύεσθαι ἐπὶ τὴν Εὐρώπην, ξυμπαραλαμβάνοντες Δᾶκάς τε καὶ Δρακούλη τὸν Μύρξεω παῖδα, ὡς παρὼν τε ἐς τὸν πόλεμον συμπροθυμοῖτό τε καὶ συνεπιλάβοιτο, παρέχων ἱππέας ἀμφὶ τοὺς μυρίους. Γεώργιον δὲ τὸν Τριβαλλῶν ἡγεμόνα παρεκάλουν μὲν ἐς τὸν P. 172
πόλεμον τοῦτον, συνδιαφέρειν τε αὐτὸν ἅμα ἐκείνοις· ἀλλ' οὐκ ἐπείθετο, φάμενος ἀθέμιτα ἐργάζεσθαι αὐτούς, τάς τε σπονδὰς λύοντας καὶ ἀδικίας ὑπάρχοντας, χρήμασί τε ἐνόμιζε διαλύσειν αὐτῷ τὴν αἰτίαν, ὅτι οὐ στρατεύοιτο τῷ Παιόνων βασιλεῖ. προηγόρευε δὲ τῷ τε βασιλεῖ μὴ στρατεύεσθαι, ὡς

quod et coram omnibus legebatur. deinde impetu quodam ferebantur adversus Europam, putantes se ipsam destitutam auxilio, Amurate absente et in Asia moras nectente, occupaturos. pontificis namque triremes in Hellesponto erant, nec sinebant Amuratem in Europam transire. praeterea Graecorum rex nuntiabat Amuratem non posse traiicere in Europam, etiamsi omnia conaretur omnemque lapidem moveret. Pannones etiam pacem fecere cum Boemis, propter eam dissensionem qua moti foedus cum Amurate inierant. Boemi igitur et ipsi accingebantur ad praesens bellum. nam propterea pax convenerat, quia pulchrum videbatur ut in praesentiarum discordias ponerent et simul iunctis copiis bellum Europae inferrent. adhibuerunt in belli societatem Dacos et Draculem, Myrxis sive Marci filium, qui ipse aderat promptus et auxiliaris ad id bellum, offerens decem milia equitum. Georgium Triballorum ducem ad belli societatem incitabant: verum monitionibus non acquievit, dicens eos impia et nefanda patrare, foederum religionem violantes et priores iniuriari incipientes. sperabat se satisfacturum regi Pannonum, quod non in belli societatem venisset, pecuniaria mulcta. indicavit tamen regi, eumque diligenter

Τούρκων μέγα δυναμένων, καὶ οὐκ εὐπετῶς ῥᾴδιον οὕτω χειρωθῆναι ὑπὸ Παιόνων. ἑώρα γὰρ τὴν παρασκευὴν οὐχ V. 135 ἱκανὴν εἶναι ὥστε τὴν Εὐρώπην κατασχεῖν, παμπόλλων ἐν B αὐτῇ ὄντων Τούρκων, καὶ ἐν πολέμοις πολλὰ πειραθέντων, καὶ τὸ πλέον τοῦ βίου σφίσιν ἐντεῦθεν ποιουμένων. ἀρετήν τε τὸ γένος τοῦτο ἐς ἀπόγνωσιν ἀφικέσθαι ἀξίαν λόγου ἐνδεικνύμενον ἁπανταχοῦ, καὶ ἀναλαμβάνειν τε σφᾶς τὸ γένος τοῦτο ὑπεμίμνησκε δαιμονίως παρὰ τὰ ἄλλα γένη.

Λαδίσλαος μὲν οὖν ὁ τῶν Παιόνων βασιλεύς, ἀπὸ τοῦ Ἀρδελίου διαβὰς τὸν Ἴστρον καὶ τὸν στρατὸν διαπορθμεύσας, ἀφίκετο ἐς τὴν βασιλέως χώραν, καὶ αὐτοῦ ἐστρατοπεδεύετο κατὰ τὴν τοῦ Εὐξείνου παραλίαν, Δοβροτίχεω τοῦ Μυσοῦ χώραν, ἐπὶ Καλλιάκρην τε καὶ ἐπὶ Βάρνην. καὶ ἐλθόντες ἐνταῦθα τάς τε πόλεις ἐπολιόρκουν. καὶ ἡ μὲν Βάρνη ὡς C ἐπολιορκεῖτο, προσεχώρησε καθ' ὁμολογίαν, ἡ δὲ Καλλιάκρη ἑάλω τε προσβαλόντων τῶν Παιόνων καὶ ἀναβάντων ἐπὶ τὸ τεῖχος. ἐξελόντες δὴ καὶ ἐξανδραποδισάμενοι ἤλαυνον εὐθὺ τῆς Βυζαντίου χώρας καὶ Ὀρεστιάδος. καὶ οἱ μὲν ἀμφὶ ταῦτα εἶχον, Ἀμουράτης δὲ ὁ Μεχμέτεω ἐλάσας ἐπὶ Καραμᾶνον τήν τε χώραν ἐδῄου, καὶ τὰ ὑποζύγια ληισάμενος ἐπολιόρκει τὴν τοῦ Κονείου ἀκρόπολιν. Καραμᾶνος μὲν οὖν ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς χώρας ἀποφυγὼν διέτριβεν αὐτοῦ, ὡς ἦν τις

monuit ne bellum moveret contra Turcos, quorum magna potentia esset: eos haud facile a Pannonibus subigi posse. cernebat namque Georgius non eum esse belli apparatum, ut Europam obtinere possent. plurimi namque in ea agebant Turci, in castris tantum non educati, quique plerumque non aliunde quam ex bellis victum pararent. genus autem hoc hominum, cum ad desperationem adactum fuerit, virtutem memorabilem ubique ostendere solet. praeterea ostendit Vladislao Turcos plurimum rebus bellicis reliquas gentes excellere.

Vladislaus his nihil persuasus, ab Ardelio sive Transylvania profectus, Istrum traiecit, et copias omnes transportavit in regis regionem, et ibi castrametatus est iuxta Euxini maritimam Dobroditiam, Bulgarorum regionem. hinc castra moventes, Calliacren et Barnem sive Varnam urbes obsidere et oppugnare aggressi sunt. Barne pactionibus in dicionem accepta est. Calliacre vero vi capta est, Pannonibus ascendentibus impigre murum et impetu in eam irruentibus. hanc ubi occupassent et diruissent necnon foede diripuissent, plurimis abductis mancipiis, profecti sunt recta ad Byzantii et Orestiadis regionem. haec quidem egerunt Pannones. Amurates Mechmetis filius, bello petens Caramanum, eius regionem populatus est; et iumento-

ἐπ' αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἄκρων ἀμυνούμενος, διεκαρτέρει. καὶ ἐπρεσβεύετο πρὸς τὸν Ἀμουράτην, ὑποσχόμενος διδόναι τε ὁμήρους, καὶ τὸν παῖδα ἐς τὰς θύρας αὐτοῦ ἐπιπέμπειν, καὶ φόρον ἀπάγειν τοῦ ἔτους διπλάσιον οὗ ἀπέφερε πρότερον. D
ταῦτα δὴ οὖν προτείνοντος τοῦ Καραμάνου, καὶ δεομένου σπένδεσθαι αὐτοῦ τῷ βασιλεῖ, ἐνταῦθα ἀφίκετο ἀγγελία παρὰ τοῦ Τριβαλλῶν ἡγεμόνος ὡς οἱ Παίονες ἐπελαύνοντες διαβαίνουσι τὸν Ἴστρον. καὶ τότε δὴ τοὺς λόγους ἐδέχετο τοῦ Καραμάνου καὶ σπονδὰς ἐποιεῖτο, λαβὼν δὲ ὁμήρους καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ ἀπήγαγε τὸν στρατόν. τὸν μὲν οὖν Ἑλλήσποντον ἐπυνθάνετο κατέχεσθαι ὑπὸ τῶν νεῶν τῶν Ἰταλικῶν καὶ ἑσπερίων. ἐνταῦθα ἐν ἀπόρῳ ἐχόμενος ὅ τι χρήσαιτο τῷ παρόντι ἐς διάβασιν, τὸν στρατὸν ὅμως ἦγε σπουδῇ ἐπὶ τὸν P. 173
Ἑλλήσποντον, ὡς τάς τε τριήρεις, ἢν ἐπιπλέουσαι διακωλύωσι, τοῖς τηλεβόλοις ἀπελασόμενος. ἔστι γὰρ τοῦτο τῆς Προποντίδος στενώτατον ἐπιεικῶς, καὶ πύργος ἔνεστιν ἐν τῇ Ἀσίᾳ Ἱερὸν καλούμενος, ὥστε μηδαμοῦ ἑτέρωθι ἐς τοσοῦτον βραχὺ ξυνιέναι τὼ ἠπείρω διαστῆσαι. ἐνταῦθα ὡς ἐπῆγε τὸν στρατὸν διαβησόμενος, τὸν τῆς Εὐρώπης τε καὶ Ἀσιανόν, τὰς μὲν τριήρεις οὐκέτι κατέλαβεν ἐνταῦθα· ἄνεμοι γὰρ ἰσχυροὶ πάνυ οὐκ εἴων τὰς τριήρεις ἐς τὴν Προποντίδα εἰσπλέειν,

1. αὐτὸν] αὐτὸν ἴῃ? 18. τῷ ἠπείρῳ P

rum pecorisque praedas agens, Conii arcem obsidione pressit. Caramanus ad montes regionis confugiens ibi morabatur, volens, si hostis accederet, eum fortiter repellere. tandem legationem misit ad Amuratem, promittens obsides necnon filium suum, quem in ianuas regis mittere vellet. addebat se duplo maius quam hactenus regi tributum quotannis persoluturum. Caramanus cum his condicionibus pacem peteret, forte advenit ad regem nuntius ab Triballorum duce missus, referens Pannones transgressos esse Istrum. hoc igitur nuntio nonnihil territus petitionem Caramani admisit et cum eo foedus iniit, acceptisque obsidibus et filio exercitum abduxit. cum intelligeret Hellespontum teneri ab navibus Italorum et Occidentalium, anxius animi erat, cum haud satis constaret quo pacto in praesentiarum in Europam transvehi posset. nec tamen exercitum, summa celeritate adhibita, ad Hellespontum ducere omisit, ut naves hostium, si adnavigarent, bombardis et reliquis tormentis abigeret. est autem iste locus Propontidis angustissimus; et turris isti est in Asiam recedens, quae Sacra nominatur, ut neutro sic coeat, ut ab continente submoveatur. cum igitur huc venisset, in animo agitans Europae et Asiae exercitum in Europam transmittere, triremes non amplius invenit. nam ventus, qui coortus erat admodum validus, haud finebat naves in Propontida navigare. is ventus multis regnavit diebus, nec naves ullo

B καὶ πνεῦμά τε ἰσχυρὸν κατήει ἐπὶ συχνὰς ἡμέρας, βιαζόμενον τὰς ναῦς μηδαμῆ ἀναπλεῦσαι ἐναντία τοῦ πνεύματος. Ἀμουράτης δέ, ὡς αἱ τριήρεις οὐκέτι παρῆσαν αὐτοῦ, καθ' ἡσυχίαν διέβαινεν αὐτός τε καὶ ὁ στρατὸς ἅπας. ἐπεὶ δὲ διεβεβήκει, ἄγγελον ἔπεμψε παρὰ τὸν Βυζαντίου βασιλέα, ἐροῦντα αὐτῷ ὡς διαβαίνοι σῶς καὶ ἐπὶ τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ ἰθὺ ἐλαύνοι, καὶ εὔχεσθαι παραγγέλλει ὡς κάλλιστα αὐτῷ τὰ ἐς τοὺς πολέμους.

modo contra ipsum niti poterant. Amurates igitur, cum hostium triremes non amplius adessent, per otium ipse simul cum universis copiis in Europam transportatus est. cum transvectus esset cum copiis suis, ad Byzantii regem nuntium misit, qui diceret se salvum et incolumem cum universo exercitu transvectum esse in Europam et pergere contra hostes. proinde ne cunctaretur quam celerrime conscripto exercitu subsidio venire.

ΛΑΟΝΙΚΟΥ ΧΑΛΚΟΚΟΝΔΥΛΟΥ

ΑΘΗΝΑΙΟΥ

ΑΠΟΔΕΙΞΙΣ ΙΣΤΟΡΙΩΝ Η ΕΒΔΟΜΗ.

LAONICI CHALCOCONDYLAE

ATHENIENSIS

HISTORIARUM

DE ORIGINE AC REBUS GESTIS TURCORUM

LIBER SEPTIMUS.

Βασιλεὺς δὲ Ἑλλήνων ὡς ἐπύθετο τὰ παρὰ τοῦ ἀγγέλου, P. 174
ἤχθετο μὲν οἷα εἰκός, διαβεβηκότος οὕτω ὥστε μὴ διακωλῦ- V. 136
σαι τὴν διάβασιν ἀμαχητί, ἀλλ' ἡσυχῇ διαβάντα τόντε στρατὸν αὐτοῦ ἅμα διαπορθμεῦσαι, καὶ ἔφερε μὲν χαλεπῶς, ἐβουλεύετο δὲ ὅπως τῷ παρόντι χρήσαιτο, καὶ εἴτε πόλεμον ἀπαγγέλοι τῷ Ἀμουράτῃ εἴτε εἰρήνην. εἰ μὲν γὰρ εἰρήνη αὐτῷ εἴη πρὸς Ἀμουράτην, ἐχρῆν ἐλαύνοντι διὰ τοῦ Πόντου τὴν χώραν αὐτοῦ ἀγοράν τε ἅμα παρέχειν καὶ τὰ ἐπιτήδεια. καὶ

Graecorum rex ut audivit quae adferebat nuntius Amuratis, dolebat animo, quemadmodum verisimile est, quod eum transitu prohibere nequivisset, verum absque praelio transiisset et per otium copias traduxisset omnes. haec quidem molesto ferebat animo. deliberabat quid in praesenti rerum statu potissimum ageret, bellumne sive pacem Amurati nuntiaret. nam si pacem cum Amurate retinere instituisset, fore ut ei per Ponti regionem exercitus ductanti cogeretur

τοῦτο ἐδόκει δεινὸν αὐτῷ ἔσεσθαι πρὸς τῶν Παιόνων, ἐπειδὰν περιγένωνται τοῦ Ἀμουράτεω, καί ἀχθησομένους αὐτῷ
P. 175 διὰ τοῦτο τοὺς Παίονας. ἐδόκει τε οὖν ἐπὶ τὴν τῶν Παιόνων μοῖραν τραπομένους ἑλέσθαι τε τὰ ἐκείνων, καὶ πόλεμον ἀπαγγέλλειν τῷ Ἀμουράτῃ. ὡς μὲν οὖν ἡ γραφὴ ἐδήλου, οὐ πάνυ τι διεσάφησε Χαλίλης ὁ Πραΐμεω, ἐπιτήδειος ὢν ἐν τῷ τότε τοῖς Ἕλλησι, καὶ βουλόμενος ὡς ἥκιστα αὐτοὺς πολεμεῖν ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς βασιλεῖ, πρὶν ἢ καραδοκῆσαι οἷ χωρήσει ὁ πόλεμος.

Ἀμουράτης μὲν δὴ εὐθὺ τῶν πολεμίων ἐλαυνόντων ἐστρατεύετο παρασκευασάμενος, καὶ τὸ ἄλλο τῆς Εὐρώπης στράτευμα κατέλαβεν ἠθροισμένον αὐτῷ, καὶ προσιὼν ἑκάστοτέ οἱ ἐπὶ τὸν πόλεμον. οὗτος δὲ κατόπιν ἐλαύνων τοῦ Παιόνων στρατοῦ ἐστρατοπεδεύετο νυκτός, ἔνθα τῇ προτεραίᾳ ἐπηυλί-
B ζοντο οἱ Παίονες, καὶ ἡμέρᾳ αὖ ἤλαυνε καὶ ἐστρατοπεδεύετο ἐς τὸν σταθμὸν τῶν Παιόνων, ᾗ ἐστρατοπεδεύοντο. τοῦτο δὲ ἐποίει ἐπὶ ἡμέρας τέσσαρας, καθορῶν τε τὸ πλῆθος τῶν πολεμίων καὶ ὡς ἔχουσι διαθέσεως ἐς αὐτόν, εἴτε περιδεεῖς ἐπίασιν, ὥστε ἐπὶ βραχύν τινα χρόνον συστέλλεσθαι, εἴτε καὶ τόλμῃ χωροῦντες, μηδὲν δεδιότες, στρατεύονται, καὶ ὡς ἔχουσί τε ἐπιτηδείων ἐν τῷ στρατοπέδῳ. ταῦτα γὰρ ἅμα συνειδείη ἄν τις ἑπόμενος τῷ πολεμίων στρατοπέδῳ, καὶ ἐπιλογίσαιτο σαφέστατα ὡς ἔχουσί τε δέους καὶ τόλμης καὶ ὡς

2. ἀχθεσομένους? 19. περιδεὴς ἐπὶ πᾶσιν P

commeatum et necessaria praestare. qua re se maxime offensurum Pannones iudicabat; et hinc maximum sibi imminere periculum a Pannonibus, si Amuratem devicissent. videbatur igitur eo tempore consultissimum fore, sequi Pannonum partes et bellum Amurati inferre. Chatites Priami filius Amuratem non omnium, quemadmodum eius literae indicant, certiorem reddidisse videtur. amicus etiamnum ea tempestate erat Graecis, et volebat hos quam minime ex aperto bellum gerere cum rege, priusquam satis explorassent quonam bellum esset erupturum.

Amurates igitur, cum contra ipsum recta pergerent hostes, arma bene instructus capiebat; et exercitum Europae universum congregatum accipiens, singulos ad bellum fortiter suscipiendum cohortabatur. secutus igitur Pannonum exercitum, noctu eo loci castra muniebat, ubi hostes praeterita die castra posuerant. similiter cum dies illuxisset, haud longe ab Pannonum castris et sua locabat. hoc faciebat per dies quattuor, ut posset contemplari hostium multitudinem, necnon quis eorum esset ad id bellum animorum habitus: formidolosine essent et proinde cito omissuri eam expeditionem, an audacia freti, nihil metuentes, pro-

ἔχουσιν ἐπιτηδείων καὶ πλήθυος, ὁδός τε εἴη ὁ στρατὸς ἢ
ἐγγὺς τούτου. ταῦτα μὲν οὖν Ἀμουράτης ἐλαύνων κατόπιν
ἐλογίζετο ἐπὶ τέσσαρας ἡμέρας· τῇ δὲ πέμπτῃ Ἰωάννης ὁ C
Χωνιάτης, ὡς ᾔσθετο κατὰ πόδας ἐλαύνειν τὸν βασιλέως V. 137
στρατόν, ἐς βουλήν τε καθίστατο σὺν τῷ Παιόνων βασιλεῖ,
καὶ ἐβουλεύοντο εἰ τὴν μάχην αὐτοῦ ποιήσαιντο καὶ μαχεσά-
μενοι οὕτω τοῦ πρόσω ἔχοιντο, ἢ ἀμαχητὶ προΐοιεν, κατα-
λαμβάνοντες τὴν χώραν. ἐνταῦθα ἔδοξε βουλευομένοις τὴν
μάχην ποιεῖσθαι, ὡς ἂν μὴ ἐπισπώμενοι ἐνοχλοῖεν καὶ πρά-
γματα ἔχοιεν, ὥστε κωλύεσθαι, ἥν τι ἐπιχειροῖεν ἐς τὴν χώ- 1444
ραν αὐτοῦ. ὡς οὖν ἐδέδοκτο καὶ ἐπέμενον, ἐνταῦθα Ἀμου- d. 10 Nov.
ράτης ἀφικόμενος ἐστρατοπεδεύετο ἐν τῷ πεδίῳ. καὶ πρῶτα
μὲν τοὺς νεήλυδας παραταξάμενος ἐκυκλοῦτο ὑπὸ τῶν θυ-
ρεῶν, εὐμεγέθεις πηξάμενος σιδηρίους ἐς τὴν γῆν. φέρει δὲ D
τούτους αἰεί, ὅποι ἂν στρατεύηται βασιλεύς, ἐπὶ τῶν καμή-
λων· καὶ πρός γε τὰ ὅπλα τῶν νεηλύδων ἐπὶ τῶν καμήλων
φέρει, καὶ ὅποι ἂν ἔσοιτο αὐτῷ ἐν τῇ μάχῃ, διανειμάμενος
τὰ ὅπλα ἐς μάχην καθίσταται. μετὰ δὲ τούτους τοὺς θυ-
ρεοὺς ἄγων καὶ τὰς καμήλους αὐτοῦ ταύτῃ ἔμπροσθεν τῶν
θυρεῶν ἔστησε, καὶ οὕτω παρετάσσετο ἐς τὰς θύρας. ἐν μέ-
σῳ δ' αὐτός τε καὶ οἱ τοῦ οἴκου ἡγεμόνες καὶ οἱ τῶν θυ-
ρῶν, ὅσοι πάρεισιν αὐτῷ ἐς τὸ στρατόπεδον. τὸ δὲ Εὐρώ-

1. ὅλος?

fectionem facerent; praeterea an omnia in castris eorum ordine gererentur: abundarentne commeatuum copia, an secus. haec omnia quis facile explorare potest, si subinde hostilem sequatur exercitum. exactissime etiam cognoscat hoc modo, audacesne an timidi sint; praeterea an inter se consentiant, si agmen sit iter ingressurum aut ingrediatur. haec quidem per quatriduum explorare haud cessabat Amurates. quinto autem die Ioannes Choniates ut sensit subsequi regis exercitum, deliberat, adhibito in consilium et Pannonum rege, ibine velint praelii aleam experiri et sic ulterius proficisci, an praelium detrectantes ulterius progredi, hostilem regionem occupantes. decreto igitur facto, pugnandum esse, hostium adventum expectarunt. Amurates igitur adveniens castra in eodem communit campo. peregrinos primo locavit, qui per circuitum ferramenta magna defigebant; et in hunc modum ab ianuis quasi circulo ambiebatur rex. ferramenta illa, quocunque cum exercitu proficiscitur rex, portant cameli, necnon peregrinorum arma. si praelium occipiendum est, arma inter milites distribuit. post hos scuta collocavit, et ante scuta camelos suos constituit. hic ordo ianuarum est. in medio autem consistunt ipse rex et aulae eius duces, necnon quotquot ipsi de ianuis in exercitu praesto sunt. in proximo statuitur Europae exercitus; cui

πης στράτευμα παρετάσσετο αὐτῷ ἔχον στρατηγὸν Καραζίην, ἄνδρα εὐδόκιμον. ἐτάσσετο δὲ κατὰ ἴλας χωρὶς ἀπ' ἀλλή-
P. 176 λων διεστηκυίας οὐ πολλῇ χώρᾳ. καὶ τὸ Ἀσίας στράτευμα ἐτάσσετο κατὰ ἴλας ἐπὶ μέτωπον ἱσταμένας ξυμπάσας, ὥστε ἀλλήλαις ἐπιβοηθεῖν, ἐπειδάν τι τούτων ὑπὸ τῶν πολεμίων πονῇ· τὰ γὰρ ἱππικὰ στρατεύματα οὐκ ἔχει τάσσεσθαι ἄλλῃ πῃ ἢ κατὰ ἴλας, ἐπεὶ τὰ πεζικὰ ἔχει καλῶς παρατάσσεσθαι ἐπὶ κέρα, οὐ μέντοι γε οἱ ἱππεῖς. Παίονες δὲ παρετάσσοντο καὶ οὗτοι κατὰ λόχους καὶ φρήτρας· καὶ οἱ Παίονες εἶχον τὸ δεξιόν. οἱ δὲ Δᾶκες τὸ εὐώνυμον.

Καὶ Ἰωάννης μὲν ὁ Χωνιάτης ἔχων τὴν φακζήν, τοὺς Βιτάξιδας καλουμένους, ἐπῄει ἐπὶ τὸν τῆς Ἀσίας στρατηγόν. καὶ οἱ πολλοὶ μὲν αὐτῶν οὐδὲ ἐς χεῖρας ἐλθόντες ἐδέξαντο
B τοὺς Παίονας, ἀλλὰ ἔφευγον ἐκ πολλοῦ, παρείχοντό τε τοῖς ποσὶν ἐπιδιώκειν, ἔνθα γενόμενοι διεσπάρησαν. καὶ τὸν δεύτερον τῆς Ἀσίας στρατὸν οὕτω δὴ τρεψάμενος ἐδίωκεν. ὑπελείπετο δὲ αὐτῷ τὸ τῆς Εὐρώπης στράτευμα, ἑστηκός τε καὶ οὐδαμῇ χωρῆσαν, ἀλλ' ἐπιμένον τοὺς πολεμίους. δῆλα γὰρ ὡς βασιλέως ἑστηκότος τὰ στρατεύματα ταῦτα τῆς Εὐρώπης ἕστηκε. καὶ ἤν τε μὴ δεξάμενα τοὺς πολεμίους ἐς φυγὴν γένοιτο, αὖθις ἐπάνεισιν ἐπὶ τὸ βασιλέως στρατόπεδον. εἰώ-

1. Caradiam, non Rumiliae sed Anatoliae fuisse beglerbegum Hammerus monet I p. 655. 11. τὴν φακζήν, τοὺς Βιτάξιδας] die Faction (la fazione) der Büchsenschützen. Hammer I p. 644. cf. p. 657. 14. τοῖς Παίοσιν?

praeest dux insignis nomine Carazies. is autem exercitus distribuebatur per manipulos, qui parvis interstitiis dirimebantur. Asiae quoque exercitus in aciem educebatur et a fronte locabatur, in manipulos segregatus, ut se mutuo adiuvare possint, si quid periculi ab hoste ingruisset. nam equestres copiae non nisi in turmas separatae hosti opponi possunt, cum interim pedestres pulchre in cornua aptari possint, equites vero minime. Pannones interim haud otio torpebant, verum et ipsi aciem exornabant per turmas et tribus suas. Pannones in dextro, Daci in sinistro curabant cornu.

Ioannes Choniates habens Phazen, id est eos qui Bitaxides vocantur, proficiscebatur contra Asiae ducem. plurimi Asiani haud sustinentes Pannonum impetum, antequam ad manus ventum esset, fugam arripiebant fugientes persequebantur Pannones; tandemque dispersi fugientibus inhaerentes, Asiae exercitum terga dare coegerunt. regi relinquebatur Europaeus exercitus, qui adhuc stabat nec quoquam fugerat, expectans hostem. manifestum enim esse reor, quantisper manserit rex, tantisper etiam Europae exercitum consistere.

θει γὰρ γένος, μετά γε Σκύθας τοὺς νομάδας πάντων δὴ μάλιστα ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, φεῦγον αὖθις ξυνίστασθαί τε αὐτῷ καὶ ἐπανιέναι ῥᾳδίως καὶ αὖθις ἐς τὴν μάχην, καὶ τρεπόμενον C εὐπετῶς, ὅποι ἂν αὐτῷ λυσιτελοίη. οἱ μέντοι Δᾶκες ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ τῆς μάχης, ὡς ἑώρων τοὺς Ἀσιανοὺς ἐς φυγὴν τρεπομένους, οὐκέτι δὴ ἐνταῦθα ἐπέσχον, ἀλλ' ἐς τοὺς βασιλέως θησαυροὺς τραπόμενοι διήρπαζον τά τε χρήματα καὶ τὸν βασιλέως κοιτῶνα, καὶ τὰς καμήλους ἐφόνευον, ἀλλήλοις διακελευόμενοι. ὡς δὲ ἔργου εἴχοντο καὶ ἱκανῶς εἶχον τῆς διαρπαγῆς, οὐκέτι ἰόντες ἐς μάχην παρετάσσοντο ἐν οὐδενί, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἑαυτῶν στρατόπεδον ἤλαυνον. Ἰωάννης μὲν οὖν, ὡς ἐτρέψατο τῆς Ἀσίας στράτευμα, ἀφίκετο ἐπὶ Λαδίσλαον βασιλέα, παραινῶν αὐτῷ ἵστασθαι καὶ ἱδρῦσθαι κατὰ χώραν, μηδὲ προϊέναι ποι συμβαλοῦντα τοῖς πολεμίοις, D ὡς ἂν ἐπανιόντι κατὰ τοῦ βασιλέως χαλεπὸν ἀποβαίη, καταφυγὴ ἐκ τῆς μάχης γένοιτο. καὶ παρεγγύα μηδενὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐπιτρέπειν ἄλλῃ πῃ ἀπιέναι, ἀλλ' αὐτοῦ μένοντας ἐπι- V. 138 μένειν, ἐς ὃ ἂν μαχεσάμενος καὶ τὸ τῆς Εὐρώπης στράτευμα τρεψάμενος ὑποστρέψηται, καὶ τότε ἐπὶ τὰς θύρας ἅμα, ὑπολειπομένου τοῦ ἀγῶνος τούτου, ἁλῶσι μετὰ ταῦτα, καὶ ἐξεργάσωνται καὶ τοῦτον τελευταῖον ἀγῶνα. ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν ἀπῄει συνταξάμενος ἐπὶ τὸ τῆς Εὐρώπης στράτευμα, ὃ ἐπὶ

1. τὸ γένος τοῦτο? 2. αὐτό? 11. οὐδενί] οὐδενὶ κόσμῳ? 15. εἴ τι ἰόντι?

qui etsi hostibus non restiterit, verum in fugam abierit, attamen in regia castra revertitur. nam istud hominum genus novimus post Scythas pastores maxime fugere, seque in fuga facillime colligere et praelium redintegrare. in fugam vero versi facile servantur. Daci inter pugnae tumultum cum cernerent Albanos in fugam effusos, nec sibi temperarunt: verum in regios thesauros conversi eos et regni opes diripuerunt, necnon regium cubiculum, interfectis camelis, cum sese mutuo ad istam rem usque cohortarentur. occupati isto opere cum forent, praedandique iam obrepsisset satietas, haud in praelium redibant, nec ulli parere volebant, sed in castra sua revertebantur. Ioannes cum fugasset Asianum exercitum, accedebat ad regem Vladislaum, eumque diligenter monebat ut eo loci cum suis militibus subsisteret, nec eos quoquam abire pateretur, ut sibi redeunti in pugnam contra Amuratem, si quid periculosius ingruisset, refugium tutissimum, quo se reciperet, esset. praecepit quoque Vladislao ut obtestaretur milites qui secum erant, ne se loco moverent, verum in iisdem vestigiis haerentes expectarent, donec fuso fugato victoque Europae exercitu victor reverteretur, et donec praelium, quod nunc so-

τὸ εὐώνυμον τοῦ βασιλέως παρετάσσετο μέρος, καὶ συμβαλὼν P. 177 ἐμάχετο ἐπὶ χρόνον τινά. ἐγένετο δὲ ἡ μάχη οὕτως. ὡς συμβάλλοιεν οἱ Παίονες ἐς χεῖρας ἐλθόντες, τρεψάμενοι τοὺς Τούρκους ἐδίωκον, ἕως οὗ ἐγένοντο ἀγχοῦ τοῦ στρατοπέδου αὐτοῦ. μετὰ δὲ εὐθὺς συστρέψαντες οἱ Τοῦρκοι ἐδίωκον τοὺς Παίονας χρόνον ἱκανόν, ἄχρις οὗ γένοιντο καὶ οὗτοι ἐν τῷ στρατοπέδῳ αὐτῶν. καὶ ὁπότε μὲν βιασάμενοι οἱ Παίονες τοὺς Τούρκους ἐπικέοιντο διώκοντες, ἐνταῦθα συχνοὶ τῶν Τούρκων ἔπιπτον καταπατούμενοι ὑπὸ τῶν Παιόνων. καὶ μὲν δὴ καὶ Παίονες ἐν τῇ ἀποχωρήσει πολλοὶ ἀπεγίνοντο, ὁπότε δὴ αἰδοῖ ἀποχωροῦντες. ἐν τούτῳ πίπτει Καραζίης τῆς Εὐρώπης στρατηγός, ξίφει Παιονικῷ βληθεὶς κατὰ τὸ B στῆθος, δορατείῳ τραύματι. τὰ γὰρ Παιονικὰ ξίφη σχεδόν τι δή, καὶ τὰ τῆς Γερμανίας ἁπάσης, ἐληλαμένα τυγχάνει ἐπὶ μήκιστον καὶ ὀξέα, οὐ μέντοι τοιαῦτα οἷα καταίροντας κόπτειν ὅτι καὶ ἄξια λόγου, ὡς τὰ βαρβαρικὰ ἢ καὶ Ἰταλικά. τὰ μὲν βαρβαρικὰ τοιαῦτα (Τούρκων δέ ἐστι ταῦτα), βάρος ἴσχοντα πάμμεγα καὶ ἐφ' ἑνὶ ἔχοντα τὴν τομήν, καταβαίνουσί γε μάλιστα δὴ πάντων τῶν ξιφῶν ὧν ἡμεῖς ἴσμεν· δεύτερα δὲ τούτων τὰ Ἰταλικά, Ἑλληνικά ποτε γενόμενα. τὰ δὲ Γερμανικὰ καὶ Παιονικὰ μακρὰ μέν εἰσι καὶ στρογγύλα, τετράγωνα, τὴν τομὴν ὀξέα, ἐς ὀξὺ δὲ πάνυ λήγοντα δόρατος

lum cum ianuis reliquum sit, conficiat. haec cum dixisset, confestim accingebatur ut praelium committeret cum Europae exercitu, qui ad sinistram regis instructus stabat. et manus conserens aliquandiu pugnabat. pugnae autem haec facies erat. cum ventum esset ad manus, Pannones Turcos fugabant eosque usque ad castra persequebantur. Turci conversi deinde Pannones insequebantur: nec a persecutione cessarunt prius quam et eos ad castra compulissent. si quando Pannones victoria fruebantur, Turcos persequebantur acerrime, plurimique cadebant, obtriti a Pannonibus. etiam Pannones aliquando, quamvis plurimi forent, cum rubore retro gradum ferebant. cecidit ibidem Carazies Europae dux, Pannonico gladio transfixus. solent enim Pannonici gladii vulnera dare, quae nihil differunt ab istis quae facere consueverunt hastae. gladii namque Pannonum et Germanorum longi sunt et acuti, nec librato ictu feriunt, quemadmodum barbarici et Italici. barbarici gladii (et eiusmodi utuntur Turci) ponderosi sunt admodum, unaque tantum parte scindunt. nec scio gladios quorum acies altius in corpora penetret. his comparantur gladii Italici, qui quondam Graecis in usu fuere. Germanici et Pannonici gladii longi et rotundi, necnon interdum quadrati sunt: aciem habent acu-

ἐπιφέρουσι τομήν, τοῦ ἐφ' ἵππου κατεπερείδοντος αὐτὸ ὡς ἐς τὸ τοῦ δόρατος σχῆμα.

Καραζίης μὲν οὖν οὕτως ἐτελεύτησε· περὶ δὲ Λαδίσ- C
λαον τὸν Παιόνων βασιλέα ἐγένετο τοιάδε. ἦσαν γὰρ παρ' αὐτῷ ἄνδρες φθονοῦντες καὶ ἀχθόμενοι τῷ Ἰωάννῃ διὰ τὴν ἀρετήν. ὡς ἑώρων αὐτὸν καλῶς διέποντα τὰ ἀμφὶ τὸν πόλεμον, καὶ τρεψάμενον μὲν τὸ τῆς Ἀσίας στράτευμα ἅπαν, μαχόμενον δὲ καὶ πρὸς τὸ τῆς Εὐρώπης γενναιότατα καὶ ἀνελόντα στρατηγὸν αὐτοῦ Καραζίην, ἔλεγον πρὸς βασιλέα τοιάδε. "ὦ βασιλεῦ, τί ἑστηκότες ἐνθάδε ἀναμένωμεν Ἰωάννην τάδε πάντα διαπράττεσθαι, ὡς μόνῳ ἀνδρὶ ὄντι ἐπιτρέποντες αὐτῷ τοὺς πολεμίους διώσασθαι; ἡμῖν γὰρ ἐς αἰσχύνην ἐπιεικῆ τινὰ φέρει πάνυ τοῦτο, ἡμᾶς μὲν ὧδε ἑστηκότας ὁρμᾶν τὸν σὸν δοῦλον μαχόμενον τούτοις τοῖς Τούρκοις. ἐχρῆν γὰρ δὴ βασιλέα ὄντα ἡμῶν σὺν ἡμῖν τοῖς ἀμφὶ αὐτὸν οὖσιν D
ἀποδείκνυσθαι ἔργα, οἷα ἐπαινέσαιντο καὶ αἱ γυναῖκες ἡμῶν καὶ οἱ ἐν ταῖς πόλεσιν ἡμῶν, τὴν μάχην πυνθανόμενοι ὡς ἐγένετο, καὶ οἱ πολέμιοι. ἀλλ' οὗτος μὲν τρεψάμενος τοσοῦτον στῖφος ἀνθρώπων ἀποφέρεται δόξαν ἀθάνατον· σοὶ δὲ ἑστηκότι μόνον ἐνταῦθα καὶ ἐφορῶντί θ' ἕκαστα ὄνειδος καταλείπεται ἐς τοὺς ἐπιγινομένους. μηδὲ γὰρ οἴου ὡς ἐπειδὰν τρέψηται τὰ στρατεύματα, αἱ τοῦ βασιλέως θύραι ἐπιμενοῦ-

12. δηώσασθαι P 14. ὁρᾶν?

tam et in mucronem oblongum desinunt. vulnera infligunt, si quis iis utatur insidens equo, talia qualia hasta dari solet.

Pannonico gladio transfossus expiravit Carazies. nunc quid penes Vladislaum regem Pannonum acciderit dicetur. erant apud hunc regem viri complures, qui invidebant Ioanni Huniadi eiusque virtutem aegris ferebant animis. videntes igitur eum pulchre et decenter bellum administrare, et in fugam egisse Asiae exercitum universum, necnon generosissime dimicare contra Europae exercitum, cuius ducem Caraziem nomine peremerat, sic allocuti sunt regem. "o rex, quid hic consistimus et expectamus Ioannem, eique, quasi solus vir sit, permittimus hostes vincere et reliqua omnia perficere? infamiam maximam nobis importat, dum hic otiosi tempus terimus: servum vero tuum sinimus festinare et pugnare contra hostes. opportebat sane regem nobis adiunctum militaria facta edere, quae plurimum laudis mereantur apud uxores nostras et apud eos qui urbes nostras inhabitant, necnon apud Turcos. verum ille in fugam vertens tantam hominum multitudinem, gloria potitur immortali: tibi autem hic stanti et singula spectanti ignominia relinquitur; quam etiam ad posteros transmittes. nec enim est ut vereare, ianuarum milites nos

σιν ἡμᾶς ἐπιόντας, ἀλλὰ φεύξονται τὸ παραυτίκα ὅποι προ- P. 178 χωρήσειεν. ἴθι οὖν ἐπὶ τὰς θύρας ἴωμεν τοῦ Ἀμουράτεω· βασιλεὺς γὰρ ὢν προσφέρεσθαι βασιλεῖ δίκαιος ἂν εἴης." ταῦτα ἀκούσαντα τὸν νεανίαν ἐπειδή τε ὁ λόγος ἔργων οἷα μεγάλων ὀρεγόμενος, καὶ ὡς εἶχε τάχους, ἐλαύνει ἐπὶ τὰς βασιλέως θύρας, ᾗ ἑστήκει συντεταγμένος ὡς ἐς μάχην, καὶ V. 139 τάφρον πέριξ τε ὀρυξάμενος ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἐπέμενεν ἰδεῖν ᾗ χωρήσει ἡ μάχη. ὡς δὲ ἐνέβαλεν ἐς τοὺς νέηλυδας, καὶ ἐμάχοντο κυκλωσάμενοι ἐντὸς οἱ νέηλυδες, καὶ ἀπολαβόντες ἐμάχοντο ἀξίως λόγου. ἐνταῦθα πελέκει ὁ ἵππος τοῦ βασιλέως Παιόνων τιτρώσκεται τοὺς πόδας καὶ πίπτει. πεσόντος δὲ οὔτε ᾔσθοντο οἱ ἀμφ' αὐτὸν οὔτε ἑωράκεισαν ὑπὸ τοῦ θορύβου τοῦ ἀμφ' αὐτοὺς γενομένου. ἐνταῦθα ἀφελόμενοι B τὸ κράνος οἱ νέηλυδες καὶ ἀποτεμόμενοι τὴν κεφαλὴν ἀπήγαγον ἐς βασιλέα. Θερίζης δὲ ἦν τοὔνομα ὁ νέηλυς, ᾧ διὰ τοῦτο ἀνδρεῖόν τι νέον ἐπέτρεψε βασιλεὺς Ἀμουράτης ἔχειν καὶ μεγάλα ἐτίμα. Ἀμουράτης μὲν οὖν ἐνταῦθα λέγεται, ὡς ἑώρα ἐμβαλόντας τοὺς Παίονας καὶ μαχομένους ἀξίως λόγου, ὥρμητο ἐς φυγήν· πρὶν δὲ αὐτὸν ἐς φυγὴν τραπῆναι, τίς ἰδὼν αὐτὸν ἐβλασφήμησε, δεινὸν λογισάμενος εἰ ἐκφύγοι, κατέσχε τε αὐτόν, καὶ μετ' οὐ πολὺ τὴν κεφαλὴν τοῦ βασιλέως Παιόνων ἐς βασιλέα Μουσουλμάνων ἀπήγαγον.

1. προχωρήσαιεν P   4. ἐπειθέ τε — ὀρεγόμενον?

nos accedentes fortiter suscepturos, cum ab Ioanne adeo facile Asianus exercitus fugatus sit: verum fugam, ne dubites, inibunt. age igitur, contra ianuas regis pergamus. cum enim sis rex, ut cum rege congrediaris honestum est." haec cum audivisset rex adolescens, (magna enim ista oratio pollicebatur) quam citatissimo agmine contendit ad ianuas, ubi Amurates stabat paratus ad praelium, et fossa munitus expectabat quis praelii eventus esset futurus. Pannones adorti sunt peregrinorum coronam, qui et ipsi fortiter inter castra praelium pro Amurate ciebant. ibi equus, quo vehebatur Pannonum rex, securi feritur, et pedes vulneratus corruit una cum sessore. at qui proxime steterant (tantus praelii tumultus erat) non senserunt casum regis. peregrini victoria potiuntur, caputque Pannonum regis rettulerunt ad Amuratem. nomen autem peregrini qui id facinus memorabile ediderat, erat Therizes; qui insigne virtutis praemium apud regem consecutus est, eumque in maximo honore habuit. ferunt Amuratem, cum Pannones irruerent et fortiter dimicarent, fugam inire statuisse. antequam fugam arriperet, visum esse a viro id moliri regem; qui regem conviciis lacerans, ut qui nequaquam honeste ageret, si fuga sibi consuleret, eum retinuit. nec multo post caput regis Pannonum abscissum allatum est in castra ad regem Musulmanorum.

Οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν βασιλέα Παίονες ὡς ἀπήλαυνον, ἐζήτουν τὸν βασιλέα· μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ᾔσθοντο ἐνταῦθα πεσόντος καὶ ἀποθανόντος, ἐνέβαλον μὲν αὐτίκα, πειρώμενοι C ἀνελέσθαι τὸν νεκρόν, οὐ μέντοι περιεγένοντο· ἐπύρωσε γὰρ τοὔργον τοὺς νεήλυδας, καὶ ἐμάχοντο μεγάλως. μετὰ δέ, ὡς οὐκ ἠδύναντο ἀνελέσθαι τὸν νεκρόν, ἀπήλαυνον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον. καὶ αὐτίκα ἡ φήμη ἀφικομένη ἐπὶ τὸν Χωνιάτην καὶ ἐς τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν ταῖς συντάξεσιν ἔπαυσέ τε μάχης. καὶ ἀποχωροῦντος καὶ ἰόντος ἐν οὐδενὶ κόσμῳ, ἐπυνθάνετο ἕκαστα, οὐκέτι ἤλαυνεν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ἀλλ' εὐθὺ τοῦ Ἴστρου ἐπορεύετο αὐτός τε καὶ οἱ Δᾶκες, καὶ ὡς εἶχον σπουδῆς, ἔφευγον ἐν οὐδενὶ κόσμῳ καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν βασιλέα Παιόνων. ἐν ταύτῃ τῇ ἀποχωρήσει ἐτελεύτησεν ὑπὸ Τούρκων Ἰουλιανὸς καρδινάλιος, ἀνὴρ τὰ πάντα γενόμενος ἄριστος. καὶ ἄλλοι τε ἔπεσον ἐν τῇ ἀποχωρήσει ἄνδρες ἀγαθοὶ D οὐκ ὀλίγοι Δακῶν.

Ἰωάννης δὲ ὡς ἐπὶ τὸν Ἴστρον ἀφίκετο καὶ τά τε στρατεύματα διαβάντα διεσπάρη, ἐνταῦθα, ὡς ἐπορεύετο ὀλίγοις τοῖς ἀμφ' αὐτόν, ἑάλω ὑπὸ Δρακούλεω τοῦ Δακῶν ἡγεμόνος, πολεμίου τε ὄντος. καὶ πρότερον δὲ Ἰωάννης ἠναντιοῦτο αὐτῷ ἐν τοῖς Παίοσι παρὰ βασιλεῖ Λαδισλάῳ, ὅτε τὴν ἔλασιν ἐποιοῦντο ἀπὸ τῆς Δακίας τὸν Ἴστρον διαβαίνοντες, τάς τε κώμας αὐτοῦ ληιζόμενος, καὶ διέβαλε πρὸς βασιλέα Παιόνων

Pannones cum cederent, regem suum quaeritabant. cum autem comperissent eum in acie cecidisse et obtruncatum esse, in praelium redeunt, volentes mortui corpus tollere; nec tamen Turcos vincere quiverunt. hic rumor ut devenit ad Choniatem et ad reliquos qui hunc comitabantur, excesserunt praelio. cum autem retro cederent et palantes nullo ornatu iter facerent, omnia exacte expiscabantur. rebus omnibus cognitis non ad castra properabant, verum recta ad Istrum contendebant Choniates et Daci. etiam Pannones qui regem secuti fuerant, fugam arripuere, cedentes nullo ordine. in hoc discessu interfectus est ab Turcis Iulianus cardinalis, vir optimus. ceciderunt ibidem et alii boni viri complures. Daci etiam aliquot desiderati sunt.

Ioannes Huniades cum ad Istrum venisset exercitusque traduxisset, dispersi sunt milites. cum ipse stipatus paucis incederet, captus est ab suo hoste Dracule Dacorum principe. nam Choniates antea huic inter Pannones adversatus erat, in conspectu regis Vladislai; et iter faciens ex Dacia et Istrum transiens cum copiis urbes eius diripiebat. praeterea detulit eum apud regem Vladislaum, quasi

ὡς φρονοίη τε τὰ τῶν Τούρκων καὶ Ἀμουράτεω, καὶ ὑποση-
μαίνοι ἐκείνοις ἅττα τυγχάνοιεν πράττοντες· ἑκάστο τε. καὶ
P. 179 συνέλαβε μὲν ὡς ἀπολέσων, μετὰ δὲ διεπράξατο χρήμασι καὶ
ἀπελύθη διὰ ταῦτα. πορευόμενον δὲ διὰ τῆς Δακίας εἷλέ τε
αὐτόν, τίσασθαι ἐννοούμενος, καὶ καθείρξας εἶχεν ἐν φυλακῇ.
οἱ μὲν οὖν Παίονες ὡς οἴκοι ἐγένοντο, πυνθανόμενοι συλλη-
φθέντα τὸν Ἰωάννην, δεινόν τε ἐποιοῦντο καὶ ἀφόρητον ὑπὸ
Δρακούλεω συλληφθῆναι ἄνδρα Παίονα καὶ ἐν ἀξιώματι
ὄντα. ἔπεμπον δὲ κελεύοντες ἀφιέναι τὸν Ἰωάννην· εἰ δὲ
μή, περιέψεσθαι ὡς πολέμιον ἐπιόντες ἐπ' αὐτὸν πανστρατιᾷ.
ταύτῃ ὡς ἐπηγγέλλετο αὐτῷ ὑπὸ Παιόνων, δείσας περὶ τοῖς
B αὐτοῦ πράγμασι, μὴ νεώτερόν τι βουληθέντες περὶ τὸν ἄν-
δρα ἐξέλωσιν αὐτὸν ἐπιόντες οἱ Παίονες, ἀπέλυσέ τε αὐτόν,
καὶ φιλοφρονησάμενος προέπεμψεν ἐς τοὺς Παίονας, διὰ τοῦ
Πρασοβοῦ ἐς τὸ Ἀρδέλιον. τοῦτον μὲν οὖν οὐ πολλῷ ὕστε-
V. 140 ρον Χωνιάτης, κατάγων Δᾶνον ἡγεμόνα τῆς Δακίας ἐκπεπτω-
κότα, ἐπεξῆλθε, διαφθείρας αὐτόν τε ἅμα καὶ τὸν παῖδα αὐ-
τοῦ. ὡς γὰρ στράτευμα συναγείρας, κατήγαγεν ἐς Δακίαν
τὸν Δᾶνον τὸν Μασαραμπᾶ παῖδα (Ἐκτεπίου καὶ Ἀμύρξεω
οὗτος παῖς) σὺν τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ παρετάσσετο ὡς ἐς μά-
χην. παραταττομένων δ' ἀμφοῖν καὶ μελλόντων ἤδη συμβα-

3. συνέβαλε P 10. περιόψεσθαι P ἐπιόντα P 12. βουληθέντα?

Sed haec quidem succedenti tempore acciderunt. rex igitur sub idem tempus occupans regionem Ismaelis, qui Scendere patre natus erat, recta profectus est contra Chasanem Longum et contra Colchida, ut debellaret regem Trapezuntis, qui erat amicus et familiaris Chasanis. in primis autem eo familiariter utebatur frater eius Ioannes. ipse quoque rex David suam consobrinam, quae erat Ioannis filia, Chasani Longo in matrimonium collocavit. rex David rogavit Chasanem ut sibi efficeret apud regem, ne in posterum tributum ferre cogeretur ad ipsum Trapezuntis, sed magis quaerebat gratificari Chasani rex Mechmetes. caeterum Chasanis legati cum venissent ad regem, inter caetera loquebantur fastuosa: postulabant quoque sibi remitti Colchidis tributum. rex hos dimittens minitando "haud multo" inquit "post vestro periculo experiemini quid ab rege petendum sit."

προσήει ὁ πρεσβύτερος, ὁ τὴν Ἀμασίαν διαιτώμενος, δῶρα τε μεγάλα ἔφερε τῷ πατρί, καὶ προσεκύνησεν αὐτὸν ἐπὶ γῆς, ὥς γε τούτους νομίζεται. παρεγένετο δὲ τῷ βασιλεῖ καὶ ὁ πενθερὸς αὐτοῦ Τουργούτης, οὗ τὴν θυγατέρα ἀγόμενος ὅ τε βασιλεὺς καὶ ἀρεσκόμενος ταύτῃ ἐχρῆτό τε δεύτερον, μετά γε τὰς ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτοῦ γυναῖκας, καὶ τόν τε ἀδελφὸν τῆς γυναικός, ἐς τὰς θύρας αὐτῷ παραγενόμενον καὶ διατρίβοντα ἐν ταῖς θύραις, περιάγειν ὅπου ἂν στρατεύηται. τότε μὲν B δὴ διελαύνοντι ὑπήντα τῷ βασιλεῖ δῶρα φέρων ὡς μέγιστα. ἐπεὶ δὲ παραμειψάμενος τὴν Σεβάστειαν ἐσέβαλεν ἐς τὴν Χασάνεω χώραν, πολίχνην μὲν . . . . τοὔνομα ἐπιὼν παρεστήσατο· μετὰ δὲ προϊόντι ἀφικνεῖται ἐς αὐτὸν βασιλέα ἡ τοῦ Χασάνεω μήτηρ, φέρουσά τε δῶρα λαμπρὰ καὶ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς διαπρεσβευομένη. ἐλθοῦσα δὲ ἐς ὄψιν τῷ βασιλεῖ ἔλεγε τοιάδε. "ὦ βασιλεῦ Ὀτουμάνεω Ἀμουράτεω παῖ, ἐμὲ τήνδε ἀπέστειλε Χασάνης ὁ ἐμὸς παῖς, εὐνοῶν μὲν τοῖς σοῖς πράγμασι, καὶ οὔτε ἀχθόμενος τῇ εὐδαιμονίᾳ τῇ σῇ, οὔτε ἀπαγορεύων χαρίζεσθαί σοι, ἐφ' ὅ τι ἂν αὐτῷ παραγγέλῃς. ἐγὼ C δέ σοι ἀπ' ἐμαυτοῦ τάδε. δαιμόνιε ἀνδρῶν, τί οὕτω προσφέρεις ἡμῖν τοῖς ὁμοφύλοις ὑπεναντίως πόλεμον; ἢ οὐκ οἶσθα ὡς Παιαζήτη τὸν λαίλαπα, Ἀμουράτεω παῖδα, περὶ ταῦτα πλημμελοῦντα καὶ ἐξαμαρτόντα τὰ μέγιστα ἐς τοὺς

20. ὑπεναντίως] καὶ ἀναιτίοις?

sub idem tempus cum iter per Cappadociam faceret filius eius natu maximus, qui Amasiam imperio moderabatur, accedebat munera maxima patri offerens; eumque in terram procumbens, ut mos gentis est, adoravit. hic adiit ad regem, necnon socer eius Turiutes, cuius filiam uxorem duxerat rex, quam plurimum diligebat, eaque secunda post mulieres, quas in cubiculo suo tenebat, utebatur. fratrem uxoris iussit, qui ad ipsum adierat et in ianuis agebat, sequi quocunque profectionem instituisset. tunc igitur in militiam proficiscenti regi occurrit filius munera quam maxima ferens. ubi autem transivit Sebastiam, irruptionem fecit in Chasanis regionem, urbemque occupavit nomine * * * * rex cum ulterius pergeret, obviam habuit Chasanis matrem, munera amplissima portantem et nomine filii legatione apud regem fungentem. progressa autem in conspectum regis sic infit. "o rex Otomanidarum, fili Amuratis, me quidem misit Chasanes filius meus, qui admodum rebus tuis favet, nec invidet felicitati tuae, nec recusat tibi gratificari in omnibus quaecunque imperaveris. quae autem nunc sequuntur, ex memetipsa profero, vir divine. quid nos, qui eiusdem tecum gentis sumus idemque populus, bello persequeris? an ignoras Paiazitem Laelapa, Amuratis filium,

ὁμοφύλους, ἡ δίκη φέρουσα ἐπέβαλέν αὐτῷ τὴν χεῖρα καὶ ἀπώλεσε ὑπὸ βασιλέως Τεμήρεω; καὶ σοὶ μὲν ἐς τόδε ηπίως προσφερομένῳ τοῖς ὁμοφύλοις, καὶ οὐδενὶ κατά τε ἀνήκεσιν ἐργασαμένῳ, πολλὴν μὲν καὶ ἄφθονον τὴν εὐδαιμονίαν παρέχεται ὁ θεός, διδόντος σοι ταῦτα τοῦ ἥρωος, πολλὴν δὲ καὶ εὐδαίμονα χώραν καὶ πόλεις καὶ βασιλεῖς παρέχεται ὑποχει-
D ρίους σοι γίγνεσθαι καὶ αἰχμαλώτους. καὶ ταῦτα δὴ σὺ ἐπίστασαι, ὡς οὐκέτι δὴ ἐς τόδε ἐξυβρίσαντι ἐς τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας παρέχεταί σοι καταστρέφεσθαι, ὡς ἔνιοι τὴν φύσιν τε καὶ ψυχὴν αὐθαδέστατοι καὶ ἀναιδεῖς οἴονται ὡς δίκη οὐδαμοῦ γῆς ἀνθρώποις ἐπεξέρχεται, ἀλλ' αὐτὰ εἰκῇ χωρεῖν πέφυκε σφίσι τὰ πράγματα. μὴ ἐφ' ὅ τι ἂν γένοιτο ἕκαστος τραπόμενος, τοῦτο αὐτῷ θεμιτὸν εἶναι καὶ δίκαιον. καὶ τοῦ δυνατοῦ τυράννῳ καὶ βασιλεῖ προσχωρεῖ ἕκαστα σὺν δίκῃ ἐπιγενόμενος αὐτοῖς. ἀλλὰ θεῶμεν τὰς μοίρας διανειμάμενος, τήν τε φαύλην καὶ ἀγαθήν, ἐς ἄμφω ταύτας διακρίνει
P. 262 τοὺς τῇδε ἀνθρώπων παραγινομένους. οἷς δ' ἂν διανέμηται ἀρίστην μοῖραν, καὶ μετὰ θάνατον οὕτω δεσμούμενος τιμωρεῖταί τε ἐς τὰ μάλιστα. πέφυκε δὲ ἄλλως τὸ θεῖον, ὅτῳ ἄν τις ξυνομολογῇ, τούτῳ συντίθεσθαι· ἣν δὲ παραβαίνῃ, ἐπιτρίβεσθαι τὸ παράπαν. σὺ δὲ ἐς μέγα ἥκεις εὐδαιμονίας τῶν γε νῦν ὄντων ἀνὰ τὴν οἰκουμένην βασιλέων διὰ τὸ πεί-

15. θεὸς μὲν.

qui cum circa haec eadem erraret et plurimum delinqueret in gentis suae homines, tandem sensit ultionem? nam iustitia accedens eique manus iniiciens effecit ut trucidaretur ab Temire rege. tibi quidem hactenus, quia mansuete et clementer tractasti tuae gentis homines, nec cuiquam intoleranda fecisti, deus maximam et copiosam largitus est felicitatem, auctore heroe. praeterea praebet amplam et opulentam regionem, urbes et reges, qui omnes tuum imperium agnoscunt et contremiscunt. certe haud te clam est fore, si contumeliis et iniuriis lacessiveris homines qui heroa colunt, ut nequeas amplius hostes tuos vincere; quamvis quidam natura et animo male feriati homines et impudentissimi censeant iustitiam nullibi terrarum homines punire, verum casu quodam sive fortuito res humanas gubernari. nec ad quodcunque se contulerit quilibet sive rex sive tyrannus, fas iustumque est: sed si iustitia accesserit. verum enimvero cernimus Parcas utramque sortem, bonam et malam, distribuere, et in utramque hanc secernunt homines, qui in terram advenerint. quibus melior sors in hoc saeculo a Parcis fuerit attributa, hi post mortem vincti poenis subiiciuntur. solet autem alias numen sedulo id procurare, ut quod quis intercedente iureiurando pactus fuerit praestet.

θεσθαι τῷ ἥρωι καὶ μὴ παραβαίνειν τὰ νομιζόμενα, καὶ τοῦ V.204 γε λοιποῦ ἄρχειν ἁπάντων ἀνθρώπων. καὶ οἷς δ' ἂν ξυντιθοῖτο ὁ ἄνθρωπος, εἴτε θεῷ εἴτε ἥρωι, ἐς ὃ ἂν τελευτήσῃ πείθεσθαι ἀνάγκη. καὶ σὺ ἡμᾶς τούσδε ὁμοφύλους μὴ καλῶς ποιεῖς, δούλους ὄντας τοῦ ἥρωος, πρὸς ὃν τὰς συνθήκας ἡ B μοῖρα ἐτάξατο· οὐ γὰρ περιόψεται ἡμᾶς ἐκ σοῦ περιυβριζομένους. καὶ ἠδικημένους περινοστεῖν." ταῦτα ἔλεγε. καὶ υπολαβὼν ὁ βασιλεὺς ἔλεγε τοιάδε. "ὦ γῦναι, ἐν δίκῃ μέντοι εἴρηταί σοι ἕκαστα, εὖ μέντοι ἐπίστασο ὡς καὶ τῷ βασιλεῖ πλέον τι χαρίζεται ἡ συνθήκη καὶ τῷ τυράννῳ. φέρειν δὲ τοῦτο τὰ πράγματα πέφυκεν· ἢν δὲ καὶ τοὺς ὁμοφύλους ἐξαμαρτάνων τις φαίνηται, ἀνάγκη ἐπὶ μαρτυρίαν τοῦτο αὐτό τις ὁδεύεται καὶ ἐπιόντα ἀμύνεσθαι. καὶ ἡμεῖς δὲ τοῦτο ποιησάμενοι, καὶ προειπόντες αὐτῷ μὴ παρέχειν τῇ ἡμετέρᾳ χώρᾳ, οὔτε ἀπείχετο τὸ παράπαν καὶ ἐπιὼν ἐνοχλεῖν οὐκ ἐπαύ- C σατο. ὅμως τάδε ἐπιτέλλοντες τῷ σῷ υἱῷ, ἀπεχόμεθα μὲν τοῦ λοιποῦ τῆς χώρας, ἐφ' ᾧ μὴ ἐπιβῆναι ἐσαῦθις τῆς χώρας ἡμῶν καὶ μηδὲ τῷ βασιλεῖ Τραπεζοῦντος ἐπαμύνειν καὶ ὑπερμαχεῖν." ταῦτα εἰπόντος τοῦ βασιλέως συνετίθετο αὐτίκα ἡ γυνὴ καὶ σπονδὰς ἐποιεῖτο.

sin praevaricatur, praevaricantem illico comminuit. tu quidem maximam consecutus es felicitatem, adeo ut nullus omnium qui in orbe sunt regum tibi sit conferendus. causa vero in promptu est: nam paruisti heroi, et solennia quae semel visa sunt non es transgressus; et in posterum imperabis, si sic perrexeris agere. pactis autem omnibus, quae quis fecerit sive cum heroe sive cum deo, donec moriaris, standum est. verum non honeste nobiscum agis, qui sumus de tua natione et servi herois. nam etiam Parca tecum pacta est. satis scio, haec nos non despiciet, nec nos contumeliis et iniuriis abs te affectos aberrare vagos sinet." haec locuta est. rex autem in hunc modum respondit. "o mulier, non eo infitias quin iusta sint quae commemorasti omnia: verum haud te clam est pactum conventum amplius quidpiam quam privato gratificari regi et tyranno. id autem rerum experientia demonstrare consuevit. nam si quis in eiusdem nationis homines peccare apparet, eius rei testimoniis fides accipienda est. deinde accedentem oportet ultionem exigere. hoc a nobis factum est. siquidem praediximus filio tuo nos nolle amplius ei nostram praebere regionem. at non acquievit nostro imperio, nec regione nostra abstinuit: verum nostra interturbare accedens non cessavit. caeterum utut haec facta sunt, tamen filio tuo haec nuntiamus; quae si fecerit, ab eius regione exercitum abducemus. de operam ne in nostram regionem incursiones faciat, nec auxilio veniat regi Trapezuntis, ut simul cum ipsa capessat bellum." haec ubi narravit rex, mulier paciscebatur et pacem componebat.

Τὸ δὲ ἐντεῦθεν ἤδη ἐπορεύετο ἐπὶ Τραπεζοῦντα καὶ κατὰ βασιλέως Δαβίδ, ὃς τελευτήσαντος τοῦ βασιλέως τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου, καὶ καταλειφθέντος αὐτῷ ἐγγόνου ἑνός,
D ἐπαγόμενος τοὺς Καβαζιτιανοὺς ἄρχοντας τῶν περὶ τὴν Τραπεζοῦντα Μεσοχαλδείων κατέσχε τὴν βασιλείαν καὶ ἐβασίλευεν, ἀδικήσας τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ τετραετῆ ὄντα. ὁ μέντοι στόλος ἄρας ἀπὸ Σινώπης, ἐπεὶ ταύτην προεδουλώσαντο, ἐπορεύετο ἐν δεξιᾷ ἔχων τοὺς Καππάδοκας, καὶ ἀφικόμενος ἐς τὴν πόλιν Τραπεζοῦντα τά τε προάστεια ἐνέπρησε, καὶ ἐπολιόρκει τὴν πόλιν ἐπὶ ἡμέρας τριάκοντα δύο. μετὰ δὲ ταῦτα ἐπελαύνων ἐπῄει βασιλεύς. προελαύνων δὲ Μαχουμούτης ἐς Τραπεζοῦντα, καὶ αὐτοῦ που σκηνώσας ἐν τῇ λεγομένῃ Σκυλολίμνῃ, καὶ λόγους
P. 263 προσφέρων πρὸς τὸν αὐτοῦ ἐξάδελφον Γεώργιον πρωτοβεστιάριον, ἔλεγε πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν τῷ βασιλεῖ Δαβὶδ τάδε." βασιλεῖ Τραπεζοῦντος, γένους τοῦ Ἑλλήνων βασιλείου, βασιλεὺς μέγας τάδε λέγει, ὡς ὁρᾷς μὲν ὅσην χώραν διαπορευόμενος, ἐπειδὴ διεξῄει, ὥστε ἐνταῦθα γενέσθαι. ἢν οὖν αὐτίκα τὴν πόλιν παραδῷς τῷ βασιλεῖ, καὶ χώραν μέν σοι παρέχεται, ὡς καὶ τῷ Ἑλλήνων ἡγεμόνι τῆς Πελοποννήσου Δημητρίῳ εὐδαιμονίαν τε ἐδωρήσατο καὶ νήσους καὶ Αἶνον πόλιν εὐδαίμονα,
B καὶ ἐν ἀσφαλεῖ ὢν κάθηται εὐδαιμονῶν. ἢν δὲ μὴ πειθόμενος ἀντέχειν ἐθέλῃς, ἴσθι τήν τε πόλιν ἐξανδραποδίσαι οὐ

18. τοι P

Qua conventa, rex duxit recta Trapezuntem contra regem Davidem; qui defuncto nepote uno, congregans Cabazitianos, qui imperant Mesochaldiis circa Trapezuntem, regnum invasit, eoque potitus est regnans, cum iniuria affecisset fratris filium, tunc demum quattuor annos natum. classis autem solvens a Synopa, postquam eam subegerant, tendebat Trapezuntem: dextra Cappadociam tenens, et veniens Trapezuntem, suburbana incendit et diebus triginta duobus urbem obsedit. postea etiam rex cum exercitu accessit. Machumetes autem dux praecesserat regem, et ante hunc venerat Trapezuntem. castris positis ibi in eo loco qui Scylolimne dicitur, in colloquium veniens cum Georgio protovestiario patruele eius, iussit ut sic alloquatur regem Trapezuntis Davidem. "regii Graecorum generis rex magnus haec dicit. cernis quam longum iter et quam longam regionem emensus sit rex, postquam expeditionem sumpsit contra te ut huc veniret? si igitur illico urbem regis permiseris arbitrio, ne dubites, praebebit aliam, ut Demetrio Graecorum principi, qui Peloponnesum rexerat. donavit vero hunc opibus plurimis insulisque. eidem et urbem opibus florentem Aenum tradidit. is igitur nunc omni metu vacuus securus vivit, maxima felicitate fruens. sin non obtemperaveris, ve-

πολλῷ ὕστερον· οὐ γὰρ ἂν ἀπαναστήσεται, μὴ ἐξελὼν πρότερον ὑμᾶς καὶ αἰσχίστῳ παραδοὺς θανάτῳ." ταῦτα εἰπόντος τοῦ Μαχουμούτεω, ὑπολαβὼν ὁ βασιλεὺς Κολχίδος ἔλεγε τοιάδε. "ἀλλ' ἡμεῖς καὶ πρότερον τὰς βασιλέως σπονδὰς οὐ παραβαίνοντες, τόν τε ἀδελφὸν τοῦ βασιλέως πέμψαντες ἕτοιμοι ἦμεν, ἐφ' ὅ τι ἂν ἄρα κελεύοι βασιλεύς, ἴεσθαι αὐτίκα πειθόμενοι, καὶ νῦν τῷ ναυάρχῳ τοῦ βασιλέως τόδε ἐλέ- V. 205
γομεν, ὡς ἂν μὴ τὴν χώραν κακῶς ποιοῦντες ληΐζωνται, ὡς ᾗ ἐπίῃ βασιλεύς, προσχωρήσειν αὐτῷ παρεσκευάσμεθα." C
ταῦτά τε ἔλεγε, καὶ ἠξίου σπένδεσθαι αὐτῷ βασιλέα, ἐφ' ᾧ τήν τε θυγατέρα αὐτοῦ βασιλέα ἄγεσθαι καὶ χώραν αὐτῷ παρέχεσθαι, ὅσῳ ἴσην τὴν πρόσοδον αὐτοῦ τῆς χώρας ἀποδοίη τε. ταῦτα λέγων ἠξίου σπένδεσθαι. Μαχουμούτης μέν, ὡς ἐς τὸ στρατόπεδον ἀπήλαυνε βασιλεύς, ὑπήντα ἀγγέλλων τὰ παρὰ τῆς πόλεως. ἐπαρθεὶς δὲ τοῖς λόγοις τοῖσδε ὥρμητο κατὰ κράτος ἐξελεῖν τὴν πόλιν καὶ ἀνδραποδίσασθαι· ἤχθετο γὰρ ὅτι ἡ γυνὴ τοῦ βασιλέως, πρὶν ἢ ἀφικέσθαι τὸν στόλον, ἀφίκετο παρὰ τὸν ἑαυτῆς γαμβρὸν τὸν Μαμίαν προεξιοῦσα. μετὰ δὲ ταῦτα βουλευομένῳ οἱ ἐδόκει ἐς τὴν ξύμβασιν τοὺς ὅρκους ποιεῖσθαι, καὶ ἐγίνοντο οἱ ὅρκοι τοῦ βα- D
σιλέως. μετὰ δὲ καὶ τὴν πόλιν παρελάμβανον Τραπεζοῦντα οἱ τοῦ βασιλέως νεήλυδες, ὡς ἐπέταξε βασιλεύς. τὸν δὲ βα-

12. ὅσῃ?

rum regis vires experiri volueris, scito urbem tuam brevi direptioni obnoxiam fore. nec enim prius ab oppugnatione desistet, quam urbem ceperit et vos omnes ignominiosissimae morti subiecerit." his dictis ab Machumete respondit rex Colchidis in hunc modum. "verum enimvero nos, cum haud dum foederum fidem violassemus, fratrem regis mittentes, prompti et parati eramus, quocunque iussisset rex, obedientes ire. etiam regiae classis duci locuti sumus, rogantes ne regionem nostram populationibus affligeret: paratos enim nos esse, ubi primum advenerit rex, deditionem facere." haec dicens rogabat ut pax inter se et regem conveniret, hac tamen condicione, ut rex ipsius filiam uxorem duceret, et regionem redderet, ex qua aequalem reditum huic, qui ex Colchide veniret, quotannis acciperet. his expositis pacem orabat. Machumetes reversus in castra occurrit regi, et quae ex urbe cognita haberet enarrat. caeterum rex elatus his sermonibus urbem vi capere et diripere nitebatur: aegre enim ferebat uxorem regis Davidis, priusquam appulisset classis, venisse ad suum generum Mamiam et urbe egressam esse. postea cum consultatio proponeretur quid agendum foret, visum est ut congressus fieret utrorumque, et iuramento interposito in dicionem susciperentur

σιλέα Τραπεζοῦντος ἐμβάντα ἐς τὰς ναῦς ἅμα τοῖς παισὶν αὐτοῦ καὶ τῇ θυγατρὶ καὶ συγγενέσιν αὐτοῦ, ὅσοι παρῆσαν αὐτῷ, ἐκέλευσεν ἀποπλεῖν ἐς τὸ Βυζάντιον, ὡς αὐτίκα παρεσομένου καὶ αὐτοῦ βασιλέως διὰ τῆς ἠπείρου. τὴν μὲν οὖν πόλιν ἐπέτρεψε τῷ ναυάρχῳ, τῆς Καλλιουπόλεως ὑπάρχῳ, νεήλυδάς τε καθίστη ἐς τὴν ἀκρόπολιν καὶ ἀζάπιδας ἐς τὴν πόλιν. μετὰ δὲ ταῦτα πέμψας Χιτήρη τῆς Ἀμασίας ὕπαρ-
P. 264 χον, παρεστήσατο τὰ περὶ τὴν πόλιν χωρία καὶ τὰ περὶ τὸ Μεσοχάλδειον, Καβαιζηταίων ὄντα τῶν ὑπάρχων τοῦ τε πανσεβάστου καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ ἕκαστα προσεχώρησεν. ὃς καὶ φυλακὴν ἐγκατέλιπεν, ἀναζεύξας διὰ τῆς ἠπείρου, καὶ ἀπήλαυνε, καὶ διὰ τῆς τῶν Τζαπνίδων χώρας ἐκομίζετο, χώραν ἐρυμνήν τε καὶ ἄβατον ἐς τὰ μάλιστα. γενόμενος δὲ ἐπὶ Βυζαντίου, βασιλέα μὲν αὐτοῦ ἐπέταξεν ἀπάγειν ἐς Ἀδριανούπολιν, καὶ αὐτὸς οὐ πολλῷ ὕστερον ἐκομίζετο ἐπὶ Ἀδριανούπολιν.

Τραπεζοῦς μὲν οὖν οὕτως ἑάλω, καὶ ἡ τῆς Κόλχων χώρα σύμπασα ὑπὸ βασιλεῖ ἐγένετο, ἡγεμονία καὶ αὕτη Ἑλλή-
B νων οὖσα καὶ ἐς τὰ ἤθη τε καὶ δίαιταν τετραμμένη Ἑλλήνων, ὥστε ἀναστάτους γενέσθαι ὑπὸ τοῦδε τοῦ βασιλέως οὐ πολλῷ χρόνῳ τούς τε Ἕλληνάς τε καὶ Ἑλλήνων ἡγεμόνας,

17. τῆς] τῶν?

iusiurandum itaque regis intervenit. quo facto peregrini milites regis urbem, sicuti imperaverat rex, susceperunt. regem Trapezuntis navem conscendere cum suis liberis et filia et cognatis, qui praesto erant, iussit; et solventes iussi sunt navigare Byzantium, quasi et ipse brevi affuturus sit, iter facturus per continentem. urbem autem eam commisit regae classis imperatori, qui Callipolis praefectus erat. peregrinorum praesidio arcem munivit. urbi vero praesidium Azapidum imposuit. postea misit Chetirem Amasiae praefectum, qui regis iussu loca urbi et Mesochaldio finitima occupavit. haec autem fuerant in dicione Cabaezitaeorum, qui erant praefecti Graecorum imperatoris et filii eius. singula ista loca in regis dicionem deditione facta concessere. rex autem relicto praesidio peregrinorum et Azapidum iter fecit per continentem. proficiscebatur per Tzanorum regionem; quam, quia admodum munita erat, haud facile transire poterat. veniens deinde Byzantium curavit ut rex Trapezuntius Adrianopolim subveheretur. nec multo post et ipse eodem pervenit.

In hunc modum capta est Trapezus urbs et universa Colchidis regio, devenitque in potestatem regis. antea fuerat principatus, quem regebant Graeci, moresque et victus rationem Graecorum maxime imitabatur. verum Graeci et Graecorum principes brevi admodum tempore bello domiti sunt. primo quidem rex potitus est Byzantio;

πρωτα μὲν τὴν Βυζαντίου πόλιν, μετὰ δὲ ταῦτα Πελοπόννησόν τε καὶ Τραπεζοῦντος βασιλέα καὶ χώραν αὐτήν.

Ταῦτα μὲν ἐς τοῦτο ἐγένετο· τὴν δὲ Τραπεζοῦντα ἐς μοίρας διελόμενος, τὸ μὲν παρ' ἑαυτῷ κατεκράτησε, ποιήσας σιλικταρίους καὶ σπαχογλάνους ὕστερον ἐς τὰς θύρας αὐτοῦ, τούτους κρατήσας παρ' ἑαυτὸν ὑπηρεσίας αὐτοῦ ἕνεκα καὶ ἐς τὰ παιδικά, τὸ δὲ κατῴκισεν ἐς Βυζάντιον, καὶ τὸ ἕτερον πεποίηκεν Ἰανιτζαρίους καὶ δουλευτὰς ἐν σκευαῖς, ἐπιλεξάμενος παῖδας ὀκτακοσίους, καὶ ἐς τὴν τῶν νεηλύδων τάξιν ἐτά- C ξατο. τὴν μέντοι θυγατέρα τοῦ βασιλέως Δαβὶδ γυναῖκα μέντοι οὐκ ἠγάγετο, μετ' οὐ πολὺ δὲ ἐς τὸν κοιτῶνα μετεπέμψατο αὐτήν, σφαγιασθέντος τοῦ βασιλέως Δαβίδ, καὶ τὸν παῖδα ἔγγονον τοῦ πρότερον βασιλέως νήπιον ὄντα εἶχε παρ' ἑαυτῷ ὁ κρατῶν. ὁ μέντοι βασιλέως παῖς ὁ νεώτερος, Γεώργιος τοὔνομα, ὡς ἐς τὴν Ἀδριανούπολιν παρών, ἐτράπετο ἐπὶ V. 206 τὴν τοῦ Μεχμέτεω θρησκείαν, καὶ ἐς τὰ ἤθη γενόμενος τὰ ἐκείνων οὐ πολλῷ ὕστερον συνελήφθη ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ὑπὸ βασιλέως. καὶ γὰρ ἔπεμψε γράμματα ἡ ἀνεψιὰ τοῦ βασιλέως, ἡ τοῦ Χασάνη γυνή, καὶ μετακαλεῖτο ἢ D τὸν τοῦ βασιλέως υἱὸν ἢ τὸν ἀνεψιὸν αὐτοῦ τὸν Ἀλέξιον τὸν ἐκ Μυτιλήνης, Κομνηνὸν ὄντα. καὶ τὰ μὲν γράμματα ἐνεχείρισαν τῷ βασιλεῖ, δηλοποιοῦντα ὅπως εἷς ἐκ τῶν υἱῶν τοῦ

14. ὁ Κράτων P 18. καὶ γὰρ] καὶ ταῦτα ἄλλου τινὸς καὶ οὐ Λαονίκου margo R

postea arma tulit in Peloponnesum; debinc Trapezuntis regem una cum regione nactus est.

Haec quidem hactenus contigere. Trapezuntios in partes distribuit: partem unam retinuit ipse, ex qua fecit silictarios et spathoglanos. hos in ianuis tenebat, eorumque ministerio utebatur, necnon ipsis nefario amore raptus abutebatur. partem autem aliam Byzantium transmisit. porro ex alia Ianitzaros elegit. quosdam constituit servos, qui in tabernaculis servirent. pueros ex omnibus elegit octingentos, eosque in peregrinorum cohortem submisit. filiam regis Davidis non, quemadmodum rex hic petierat, uxorem duxit: haud tamen multo post eam in suum cubiculum accersivit perempto rege Davide. nepotem autem huius, qui fuerat filius adhuc infans prioris regis, apud se habuit Crato. regis autem Davidis filius iunior, nomine Georgius, cum Adrianopolim venisset, ad Mechmetae religionem conversus est. assumptus Turcorum moribus non multo post captus est ab rege una cum patre et fratribus. Nam missis litteris consobrina Davidis regis, uxor Chasanis, vocabat aut regis filium aut patruelem eius Alexium Comnenum ex Mitylenis. et litteras quidem quibus significa-

βασιλέως ἢ ὁ ἀνεψιὸς αὐτοῦ, ὡς εἴρηται, ἀφίξηται πρὸς τὴν
δέσποιναν τὴν γυναῖκα τοῦ Μακροῦ Χασάνη οὖσαν. ἐνεχεί-
ρισε δὲ ταῦτα τὰ γράμματα ὁ πρωτοβεστιάριος Γεώργιος ἐπι-
τρόπῳ τἆλλα ἀγαθῷ, ὅπως φανήσεται ὁ βασιλεὺς εἰς πίστω-
σιν ἴσως ἀγαθήν, καὶ ἄλλως ἵνα μὴ ἀκουσθῇ καὶ παρ' ἄλλων
ὅπως ὁ πρωτοβεστιάριος ἔκρυψε τοῦτο, φοβούμενος τόν τε
P. 265 αὐθέντη τὸν μέγαν καὶ τὸν πάσιαν Μαχουμούτη, καὶ πάθῃ
κακῶς ὁ πρωτοβεστιάριος παρὰ τοῦ μεγάλου αὐθέντου. καὶ
διὰ τοῦτο δέδωκε καὶ τὸν χάρτην πρὸς τὸν μέγαν αὐθέντη.
τὰ μὲν οὖν γράμματα δεξάμενος ὁ βασιλεὺς καὶ νόῳ λαβὼν
καθίστατο ἐς ὑποψίαν, καὶ αὐτοὺς συλλαβὼν τόν τε Δαβὶδ
βασιλέα καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ σὺν τῷ ἀνεψιῷ καθεῖρξε. καὶ τὴν
μὲν θυγατέρα ἐς κοιτῶνα αὑτῷ μετεπέμψατο, ἔχων δὲ αὐτοὺς
ἐν πέδαις, οὐ πολλῷ ὕστερον ἀπαγαγὼν ἐς Βυζάντιον διεχρή-
σατο. τοὺς μέντοι παῖδας τοὺς ἀπὸ ἄστεως καὶ ἀπὸ τῶν πε-
ριοίκων χωρίων τοὺς μὲν νεήλυδας ταξάμενος κατέθετο ἐς τὸν
B ἑαυτοῦ κοιτῶνα, τοὺς δ' ἄλλους ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ἐπιτηδεύμασι,
τοὺς δ' ἄλλους ἀπεχαρίσατο τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ καὶ τοῖς ἄρχουσι.
τὰς δὲ κόρας τὰς μὲν ἐν τοῖς αὐτοῦ κοιτῶσι κατέθετο, τὰς
δὲ ἀπεχαρίσατο, καί τινας ἐξ αὐτῶν τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ ἀπε-
στέλλετο, ἐνίας δ' ἔν τινι ὀλίγῳ καιρῷ καὶ ὑπανδρεύσατο.

1461 Τοῦ μέντοι χειμῶνος τούτου βασιλεὺς διατρίβων ἐν τοῖς

batur ut unus ex filiis regis Davidis aut patruelis eius, ut dictum est, veniret ad dominam, quae uxor erat Chasanis Longi, tradiderant regi. nam litteras istas dedit protovestiarius Georgius curatori, moribus caetera non improbo, ut appareret regi talis quali fidendum esset in quibusvis. praeterea ne innotesceret quomodo protovestiarius rem hanc celasset, timens authentem sive imperatorem magnum et bassam Mechmetem, ne re cognita poenas daret authenti magno protovestiarius. quapropter literas magno authenti obtulit. rex literis acceptis et lectis nihil boni suspicabatur. comprehendi itaque iussit Davidem regem et filios eius una cum patruele, quos omnes in custodiam dedit. caeterum filiam in suum cubiculum accersibat. cum autem eos aliquanto tempore in custodia asservasset, tandem abductos Byzantium necavit. pueros quidem ex urbe et ab locis urbi finitimis allectos, in peregrinorum album conscribens, ad suum cubiculum ordinabat. quosdam praeterea tradidit in disciplinam, ut Turcorum studiis imbuerentur. reliquis filiis suis et satrapis dono dedit virgines, quasdam quoque per sua cubicula disposuit, quasdam amicis donavit, quasdam vero filiis suis misit, necnon quasdam brevi tempore maritis coniunxit.

Ea autem quae sequebatur hieme, in regni sede manens, voca-

ἑαυτοῦ βασιλείοις μετεπέμπετο Βλάδον τὸν Δρακούλεω παῖδα, Δακίας ἡγεμόνα, ἔχων παρ' ἑαυτοῦ τὸν νεώτερον αὐτοῦ ἀδελφόν, παιδικά τε αὐτοῦ γενόμενον καὶ διαιτώμενον παρ' αὐτῷ. ξυνηνέχθη δὲ καὶ αὐτῷ βασιλεῖ ξυγγενέσθαι τῷ παιδὶ τῷδε βουλομένῳ, ὅτε πρῶτον παριὼν ἐπὶ τὴν βασιλείαν ἐστέλλετο C ἐπὶ Καραμᾶνον, ὀλίγου ὑπ' αὐτοῦ ἀποθανεῖν. ὡς γὰρ ἐρῶν τοῦ παιδὸς ἐκάλει ἐς ὁμιλίας, καὶ φιλοτιμίαν αὐτῷ προπίνων ἐκάλει ἐπὶ τὸν κοιτῶνα. ὁ μέντοι παῖς οὐδέν τι τοιοῦτον δοκῶν πρὸς τοῦ βασιλέως πείσεσθαι, ἑώρα τὸν βασιλέα ἐπιφερόμενον αὐτῷ ἐς τοιοῦτόν τι πρᾶγμα, ἀπεμάχετό τε καὶ οὐ συνεγινώσκετο ἐς τὴν ξυνουσίαν βασιλέως. καὶ ἄκοντος ἐφίλει, σπασάμενος ὁ παῖς μάχαιραν παίει τὸν βασιλέα κατὰ τὸν μηρόν, καὶ οὕτω φεύγων αὐτίκα, ὅποι προεχώρει αὐτῷ, ᾤχετο. βασιλέως μέντοι οἱ ἰατροὶ ἰάσαντο τὸ τραῦμα. ὁ δὲ παῖς ἐπὶ δένδρον αὐτοῦ που ταύτῃ ἀναβὰς ἐκρύπτετο. ὡς δὲ συσκευασάμενος ὁ βασιλεὺς ἀπῄει, ἐντεῦθεν καταβὰς ὁ παῖς ἀπὸ τοῦ D δένδρου καὶ διαπορευόμενος οὐ πολλῷ ὕστερον ἀφίκετο ἐπὶ τὰς θύρας, καὶ παιδικὰ ἐγένετο βασιλέως. χρῆσθαι δὲ νομίζει οὐχ ἧττον τοῖς ἐς τὴν ἑαυτοῦ δίαιταν τραπομένοις· τούτοις μὲν γὰρ αἰεί τε συγγινόμενος συνδιατρίβειν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, τοῖς δ' ἀλλοφύλοις οὐ πάνυ τι χρῆσθαι νομίζεται βασιλέα, ἀλλ' ἐπὶ βραχύ. τούτου δὲ τοῦ παιδὸς τῷ

11. ὡς δ' ἄκοντα? 20. συγγενόμενος P

bat Bladum Draculis filium, ducem Daciae. nam huius fratrem iuniorem apud se habebat, eoque per amorem turpiter abutebatur, et in suum convictum adhibebat. discordia autem vehemens inter regem et puerum istum exorta est, cum primo eum sibi turpi amore flagranti obnoxium esse vellet. nam cum primum venisset in regiam, ablegatus est ad Caramanum, quia regem propemodum interfecerat. cum enim amore ardens puerum vocaret ad coitum, eumque illecebris et praebibendo delinire satageret, postremo in cubiculum accersitus est. puer cum putaret se nihil huiuscemodi ab rege passurum, praeter spem cernit regem in turpe hoc facinus velle prorumpere. verum puer reluctabatur, nec regem admittebat. rex vero oscula figebat repugnanti et invito puero. puer igitur vagina gladium extrahit, regis femur graviter vulnerat; et celeri fuga continuo sibi consuluit. chirurgi autem vulnus regis curabant. puer vero conscensa arbore ibidem occultabatur. ut autem rex collectis omnibus discesserat, etiam puer descendens ex arbore et iter faciens non multo post rediit in ianuas regis, eiusque concubinus factus est. rex ne iis quidem abstinet qui suam religionem sequuntur: nam cum his semper diu noctuque conversatur. caeterum alienigenis non multum

ἀδελφῷ Βλάδῳ ἐπέτρεψε βασιλεὺς τὴν Δακίας ἡγεμονίαν,
V.207 καὶ συμβαλλομένου βασιλέως ἐπήλασέ τε καὶ κατέσχε τὴν
ἡγεμονίαν Βλάδος ὁ Δρακούλεω παῖς. ὡς δὲ ἐπὶ τὴν ἡγε-
μονίαν ἀφίκετο, πρῶτα μὲν ἑαυτῷ δορυφόρους ἐποιεῖτο καὶ
P.266 ὁμοδιαίτους, μετὰ δὲ μεταπεμπόμενος ἕνα ἕκαστον τῶν τῆς
χώρας ἐπιφανῶν ἐς τὰς τῶν ἡγεμόνων μεταβολὰς δοκούντων
μετεῖναι τῆς προδοσίας, πανοικὶ διέφθειρέ τε καὶ ἀνεσκολό-
πιζεν, αὐτόν τε ἅμα καὶ παῖδας καὶ γυναῖκα καὶ θεράποντας,
ὥστε ἄνδρα τοῦτον ἕνα ἐπὶ μέγα δὴ φόνου ἀνδρῶν ὧν ἡμεῖς
ἴσμεν ἐλάσαι ἐπυθόμεθα· ὥστε γάρ οἱ ἐμπεδῶσαι τὴν ἡγε-
μονίαν, ἀνελεῖν αὐτόν φασιν ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας καὶ παῖ-
δας ὀλίγον τινὰ χρόνον ἐς δισμυρίους. καθιστῶντα δὲ κα-
λούς τινας αὑτῷ στρατιώτας καὶ δορυφόρους, τούτους ἐδω-
B ρεῖτο τοῖς τῶν ἀπογιγνομένων χρήμασί τι καὶ ὄλβῳ καὶ τῇ
ἄλλῃ εὐδαιμονίᾳ, ὥστε διὰ βραχέος ἐπὶ μέγα ἀφικέσθαι με-
ταβολῆς καὶ καινοτομηθῆναι πάνυ τὰ Δακίας πράγματα ὑπὸ
τούτου τοῦ ἀνδρός. καὶ Παίονάς τε οὐκ ὀλίγους, οἷς μετεῖ-
ναι ἐδόκει ὁτῳοῦν τῶν πραγμάτων, καὶ τούτων οὐδενὸς φει-
δόμενος φόνον δὲ μέγιστον εἰργάζετο. ὡς μὲν οὖν αὐτῷ ἐδό-
κει ἀσφαλῶς ἔχειν τὰ Δακίας πράγματα, ἐβουλεύετο ἀπό-
στασιν ἀπὸ τοῦ βασιλέως. ἐτιμωρεῖτο μέντοι τοὺς ἄνδρας
τούτους γνώμῃ τοῦ βασιλέως, ὡς ἂν αὐτῷ κρατύνοι τὴν ἀρ-

7. μετέχειν? 13. ἄλλους R 18. ὁτιοῦν? an ὁπωσοῦν?
τούτου P

utitur rex. verum haud multo post pueri huius fratri, quem Bladum nominant, Daciae principatum rex permisit. opera igitur regis adiutus, accedens Bladus, Draculis filius, principatum Daciae occupavit. ubi primum in principatum promotus est, hastatos delegit, quos in convictum adhibitos corporis sui custodes designavit. deinde vocans singulos qui in ea regione dignitate excellere videbantur quosque putabat, si dux mutandus esset, proditionis consilia agitaturos, hos, inquam, omnes cum tota familia leto dedit et palis affixit, nec liberis uxoribus famulisque eorum parcens. adeo vir ille maximam omnium, quos novimus, caedem et stragem hominum fecit. nam ut sibi constabiliret Daciae principatum, fertur occidisse brevi tempore circiter viginti milia virorum et mulierum puerorumque. cum autem pulchros et egregios quosdam delegisset milites et satellites, eos donabat opibus et divitiis, necnon reliqua felicitate quam ex caede illorum acquisivisset. itaque brevi tempore vir ille innovationem et mutationem Daciae rebus induxit maximam. praeterea Pannones non paucos, quorum interesse putabat ut res Daciae quoquo modo bene haberent, nulli parcens, tributo maximo onerabat. cum crederet Daciae principatum iam satis firmum et tutum esse, consilium capiebat

χήν, καὶ μὴ μεταστάντων αὖθις τῶν τῆς Δακίας ἀνδρῶν πρωτευόντων C πράγματα ἔχοι, ἐπαγομένων αὐτῶν τοὺς Παίονας συμμάχους τε καὶ ἐπικούρους.

Ταῦτα μέντοι οὕτω διεπράττετο· τότε δὴ οὖν τοῦ χειμῶνος, ὡς ἠγγέλλετο βασιλεῖ τοῦτον νεωτερίσαι διανοούμενον ἀπόστασιν βουλεύεσθαι, ἐπὶ Παίονας τραπόμενον συντίθεσθαι ἐκείνοις καὶ συμμαχίαν ποιεῖσθαι, δεινόν τε ἐποιεῖτο, καὶ πέμπων ἄνδρα εὐδόκιμον τῶν θυρῶν αὐτοῦ, γραμματιστὴν Ἕλληνα, μετεπέμπετο ἐς τὰς θύρας, ὡς ἢν ἀφίκηταί οἱ ἐπὶ τὰς θύρας, ἄχαρι μὲν οὐδὲν πρὸς βασιλέα πείσεται, ἀγαθὰ δὲ καὶ εὔνοιαν ἀνακτώμενος οὐχ ὑπερβαλεῖται αὐτὸν βασιλέα, D εὐνοῶν ἐς τὰ τοῦ βασιλέως πράγματα. ταῦτα μὲν ἐπιτείλας ἔπεμπεν ὡς τοῦτον Καταβολινὸν γραμματέα τῶν θυρῶν. Χαμουζᾷ δὲ τῷ ἱερακοφόρῳ λεγομένῳ, ὃς παρὰ τὸν Ἴστρον διέλαχε διοικεῖν χώραν οὐκ ὀλίγην καὶ Βιδίνης ὕπαρχον εἶναι, κρύφα ἐκέλευε πέμπων, δόλῳ εἰ δυνήσεται ἀγαγεῖν τὸν ἄνδρα, αὐτῷ χαριεῖσθαι μεγάλως, εἴτε δόλῳ εἴτε τρόπῳ ἄλλῳ οἵῳ δυνήσεται συλλαβεῖν. οὗτος μὲν οὖν παραγγείλας τῷ γραμματιστῇ ἐς τὴν σύλληψιν τοῦ ἀνδρὸς ἅττα ἐδόκει σφίσι βουλευομένοις πρόσφορον εἶναι, συμπροπέμποντι αὐτὸν τῷ Βλάδῳ ὑπείσειν ἐνέδρας προλοχήσαντα αὐτοῦ ταύτην τὴν χώραν, οὕτω ποιεῖσθαι τὴν σύλληψιν, σημαίνεσθαι δέ οἱ, ἐπὰν P. 267

21. ὑποίσειν P

quomodo ab rege descisceret. sententia autem Dacorum graviter Bladum angebat. timebat enim, si ipse confirmato nunc Daciae principatu quid contra regem molitus fuisset, ne negotia sibi facesserent Daci, adducentes Pannones socios et auxiliares.

Haec quidem in hunc modum acta sunt. ea autem hieme ut nuntiatum est regi Bladum novarum rerum esse cupidum, et deliberare qua ratione a se deficeret, et conversum ad Pannones cum iis foedere interposito societatem coivisse, haec, inquam, accipiens valde viro indignatus est. misit itaque virum satis spectatum, ianuarum scribam, virum Graecum, ad Bladum, qui hunc moneret ut ad ianuas accederet. quodsi veniret, fore ut maximam gratiam iniret apud regem, praeterea bona plurima ferens nunquam beneficiis regem superare posset, si rebus regis favere pergeret. cum huiusmodi mandatis Catabolinum scribam ianuarum ad Bladum proficisci iubet. Chamuzae vero, quem Hieracophorum nominabant, qui apud Istrum latuit, ut administraret suo imperio regionem non modicam et Bidinae praeesset, praecepit ut clam, si dolo posset, Bladum ad se perduceret. addebat se ei gratificaturum vel maxime, seu dolo seu alio quovis modo istum virum cepisset. Chamuzes igitur una cum scriba

μέλλῃ ἀποχωρεῖν, τὸν γραμματιστήν, ταῦτα ποιοῦντος ἐκείνου, καὶ τὴν ὥραν ὑποσημαίνοντος ἐν ᾗ ἀποχωροῦντα αὐτὸν ἔδει συμπροπέμψαι τὸν Βλάδον, προελόχησεν αὐτοῦ ταύτην τὴν χώραν ὁ Χαμουζᾶς. Βλάδος δὲ σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν ὡπλισμένος, ὡς συμπρούπεμπε τὸν θυρῶν τῆς αὐτῆς ἡγεμόνα καὶ τὸν γραμματιστήν, ἐνέπεσέ τε ἐς τὰς ἐνέδρας, καὶ ὡς ἔγνω, τούτους μὲν αὐτίκα διακελευσάμενος συλλαμβάνει καὶ τοὺς θεράποντας, ὡς δὲ ἐπῄει ὁ Χαμουζᾶς, ἐμαχέσατό τε ἀξίως λόγου, καὶ τρεψάμενος αὐτόν τε ἐζώγρησε καὶ τῶν ἄλλων
B *διαφυγόντων διέφθειρεν οὐ πολλούς. τούτους μὲν ὡς ἐζώγρησε*
V. 208 *σύμπαντας ἀπαγαγὼν ἀνεσκολόπισεν, ἀκρωτηριασάμενος τοὺς ἄνδρας πρότερον, Χαμουζᾶν δὲ ἐπὶ ὑψηλοτέρου σκόλοπος ποιησάμενος, τήν τε θεραπείαν ἅμα τοῖς ἑαυτοῦ δεσπόταις τὰ αὐτὰ ταῦτα ἔδρασε. μετὰ δὲ ταῦτα αὐτίκα στρατὸν πα-*
1462 *ρασκευασάμενος ᾗ δύναμις μέγιστον, ἤλασέ τε αὐτίκα ἐπὶ τὸν Ἴστρον, καὶ διαβὰς ἐς τὰ ἐπὶ τάδε χωρία τοῦ Ἴστρου καὶ χώραν τοῦ βασιλέως πασσυδί τε ἅμα παισὶ καὶ γυναιξὶ διέφθειρε, καὶ οἰκίας ἐνεπίμπρα, πῦρ ἐνιεὶς ὅποι προσῄει. καὶ μέγιστον ἐργασάμενος φόνον ἀπήλαυνεν ὀπίσω ἐπὶ Δακίας.*

3. *προσελόχησεν.* P   10. *μέντοι οὓς?*

consilia tractabat, qua ratione imperata opportune ad rem conferrent. visum igitur est hoc esse consultissimum, ut comitanti Blado scribam in sua regione insidias ponerent, eumque hoc modo per insidias exciperent. sed convenit ut scriba, quando vellet redire ad regem, digressus a Blado, significaret. scriba quemadmodum decretum erat fecit; horam, qua abiturus esset ad regem comitante Blado, indicavit. quapropter insidias, eo loci quo profecturus erat Blado, struxit Chamuzes. Bladus itaque armatus cum suis, prosequens scribam et ianuarum ducem, in insidias praecipitatus est. quas ubi cognovit, suos illico exhortatione firmavit et ministros capit. Chamuzes autem accedens pugnavit perquam fortiter. tandem Chamuzem in fugam versum capit; et reliquis fugientibus, evenit ut non multi perirent. hos igitur omnes, quos vivos comprehenderat, abduxit et palis adfixit. caeterum antequam capitali supplicio subderentur, mutilati sunt, extremis corporis partibus praecisis. Chamuzem altiori quam reliquos cruci affixit. hoc autem ideo factum est a Blado, ut suis exemplum proponeret, ne quando similia tentarent, quasi similia passuri. his ita gestis exercitum conscripsit quam potuit maximum, et illico ad Istrum raptim agmen duxit; quem traiiciens venit in loca Istro finitima et in regionem regis, quam uno impetu, caesis liberis et mulieribus, misere evastavit. domos villasque incendit, ubicunque potuit ignem iniiciens. cum autem caedem fecisset maximam, tandem reversus est in Daciam.

Ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἠγγέλλετο βασιλεῖ Μεχμέτῃ, τούς τε πρέσβεις αὐτοῦ διαφθαρῆναι ὑπὸ Βλάδου τοῦ Δακίας ἡγεμό- C
νος, καὶ Χαμουζᾶν ἄνδρα εὐδόκιμον τῶν βασιλέως θυρῶν οὕτω ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἀποθανεῖν, ἤχθετο μὲν οἷα εἰκός, καὶ δεινότερα ἐποιεῖτο εἰ ἄνδρας αὐτῷ τοιούτους περιόψεται οὕτω διαφθαρέντας, κἀκεῖνον εἰς τοῦτο ὕβρεως ἀφικόμενον ὥστε καὶ τοὺς πρέσβεις αὐτῷ διαχρήσασθαι, μὴ τιμωρήσεται τὸν φόνον ἐκείνων τῶν αὐτῶν εἰσπραττόμενος τὸν τῆς Δακίας ἡγεμόνα· ἤχθετο μέντοι καὶ τόδε, ὅτι τὸν Ἴστρον διαβὰς σὺν χειρὶ πολλῇ καὶ ἐμπρήσας τὴν βασιλέως χώραν καὶ φόνον τῶν τε ὁμοφύλων αὐτῷ ἐργασάμενος ὀπίσω ἐλαύνοι. πολλῷ δὲ τούτων δεινότερα ἐποίει, τοιαῦτα τοὺς ἑαυτοῦ πρέσβεις D
ἐργάσασθαι. ὅθεν δὴ ἁπανταχῇ περιαγγέλλων τοῖς τε ἀρίστοις καὶ τοῖς ἄλλοις κατὰ λόγον προηγόρευε καλλίστῳ κόσμῳ ἐλαύνοντας καὶ ἐξωπλισμένους παρεῖναι αὐτῷ τὰ στρατεύματα ἐξελαύνοντι. τὴν μὲν οὖν στρατιὰν οὕτω παρεσκευάζετο ἐπὶ τοὺς Δακούς· λέγεται δὲ καὶ τόδε, ὡς Μαχουμούτῃ τῷ ἡγεμόνι, ὅτι τῆς ἀγγελίας πρότερον τούτων ἔτι ἀφικομένης περί τε τοῦ φόνου τῶν πρέσβεων καὶ Χαμουζᾶ τοῦ ὑπάρχου καὶ τοῦ ἐμπρησμοῦ τῆς χώρας, οὔτε εὑρῶν παρὰ βασιλέα ἀπηγγέλλετο τὰ γενόμενα παρὰ Δακῶν ἐς τοὺς βασιλέως ἄνδρας, καὶ χαλεπῶς ἤνεγκε. λέγεται δὲ ὡς καὶ πληγὰς ἐνέβαλε τῷ ἀνδρί. νομίζεται δὲ καὶ τοῦτο ἐς τὰς θύρας τοῦ P. 268

21. περὶ P

Haec ut allata sunt ad regem Mechmetem, nempe legatos suos foede a Blado Daciae duce peremptos, et Chamuzem, virum inter ianuas primarium, adeo contemptim et ignominiose periisse, dolorem et maerorem regi moverunt quemadmodum verisimile est. illud autem longe gravissimum ducebat, si despiceret viros tantos talesque quos amisisset, nec ultionem exigeret, praesertim cum eo iniuriarum et contumeliae processisset Bladus ut nec ab legatis violandis abstinuerit. dolebat praeterea regi, Bladum Istro transmisso magna manu suam regionem incendisse, et magna suorum caede edita in Daciam rediisse. verum quod tanta crudelitate legatos suos tractasset, reliquis maius et atrocius iudicabat. itaque edixit, annuntians optimatibus suis et aliis, ut quam pulcherrime armis instructi cum exercitibus adveniant, atque una secum in militiam proficiscantur. et quidem hoc pacto expeditionem contra Dacos suscepit rex. ferunt praeterea Mechmetem ducem, antequam caedes legatorum et Chamuzis praefecti et regionis incendium nuntiaretur, indicasse regi quae fecissent Daci viris regiis. quibus auditis graviter indignatus est; etiam viro qui haec exposuerat, verbera inflixit. nec enim turpe

βασιλέως οὐ πάνυ τι αἰσχρὸν εἶναι, τούτους οὓς ἀπὸ ἀνδραπόδων καὶ μὴ Τούρκων παῖδας αὐτῷ ἐς τὴν ἀρχὴν παραγενομένους. κήρυκας μέντοι πέμπων ἁπανταχῇ ἐκέλευεν αὐτῷ παρεῖναι τὴν στρατιὰν ἐξωπλισμένην καλῶς, καὶ τοὺς ἱπποδρόμους αὐτῷ ἕπεσθαι ξύμπαντας ἐς τήνδε τὴν στρατείαν. οἱ δὲ τοῦ βασιλέως κήρυκες οἱ τὰς ἀγγελίας φέροντες αὐτῷ ἐς τὴν χώραν καὶ οἱ ἄγγελοι, ἐπειδάν τι νεώτερον ξυμβαίνοι, ἐπὶ τὰς θύρας ἀφικνούμενοι ταχίστῳ δρόμῳ ὀλί-
B γων πάνυ ἡμερῶν μεγίστους δρόμους διανύουσιν ὧδε. ἵππον ὃν ἂν ἐν τῇ ὁδῷ διελαύνων θεάσηται, τὸν μὲν ἱππέα αὐτίκα ἀπὸ τοῦ ἵππου καταβιβάζει, αὐτὸς δὲ ἀναβὰς ἐλαύνει κατὰ κράτος, καὶ ὁ ἵππος ἐς τόδε διανύσαι οἷός τε ἦν. μετὰ δὲ ἄλλον εὑράμενος καταβιβάζει, τὸν δὲ ἵππον τὸν πρότερον παραδίδωσι τῷ ἀνθρώπῳ. καὶ οὕτω βραχὺ διαναπαυόμενοι μέγιστον διανύουσι δρόμον. ἐζώννυντο δὲ καὶ τὸ σῶμα ἅπαν, ὥστε μὴ ἄγαν πονεῖν ἢ κάμνειν σφίσι τὸ σῶμα, ἐπεὶ θέοιντο. καὶ ἀπὸ Πελοποννήσου ἐς Ἀδριανούπολιν κήρυκας ἴσμεν ἐν πέντε ἡμέραις ἀφικομένους, ὁδὸν πεντεκαίδεκα ἡμερῶν ἀνδρὶ ἱππεύοντι ἐς τὰ μάλιστα. καλοῦνται δὲ οὗτοι οἱ κήρυκες οὐλάκιδες.

Ἐπεί τε δὴ τὰ στρατεύματα παρεσκεύαστο τῷ βασιλεῖ,
C ἐπὶ Δακίαν ἐστρατεύετο ἦρος εὐθὺς ἀρχομένου. μέγιστον δὲ

1. ἐς τούτους τοὺς? 9. διανοοῦσιν R, διατελοῦσιν P 11. καιαβιβάζειν P ἐλαύνοι P

habetur in ianuis regis flagris caedere eos quos ex mancipiorum numero nec de Turcorum filiis in regnum suum transtulerit. rex igitur per universum regnum dimittens praecones edixit ut exercitus bene instructi et armati ad se adveniant; equites praeterea omnes ad hanc expeditionem concivit. praecones regii, qui regis voluntatem per universam regionem nuntiant, et nuntii, si quid novarum rerum iuciderit, ad ianuas regis festinant, et citissimo gradu intra paucos dies maximos cursus peragunt. si quis ex eorum numero in itinere equum cernit, equitem confestim ex eo deponit; conscendensque ipse equum iter maturat, impellens equum quantum potest. deinde si alium invenerit, eundem similiter conscendit, et equum fatigatum isti homini tradit. et in hunc modum equos quieti tradentes, maximos conficiunt cursus. corpus totum cingunt, ne doleat vel aegrotet corpus quando currunt. ex Peloponneso Adrianopolim scimus regios praecones venisse intra quinque dies. hoc iter intra decem et quinque dies eques aegre peragere potest, etsi maxime festinet. hi praecones nominantur ulacides.

Copiae universae regis cum instructae convenissent, primo vere

τοῦτον στρατὸν γενέσθαι φασί, δεύτερον μετά γε τὴν ἐς τὸ V. 109
Βυζάντιον ἐπέλασιν τοῦ βασιλέως τοῦδε. λέγεται δὲ τοῦτο τὸ στρατόπεδον κάλλιστον μὲν γενέσθαι τῶν ἄλλων στρατοπέδων, καὶ κόσμον πολὺν παρέχεσθαι ἔστε τὰ ὅπλα σφίσι καὶ ἐς τὴν σκευήν, γενέσθαι δὲ ἀμφὶ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας στρατοῦ. καὶ τοῦτο λογίζεσθαι ῥαδίως ἀπὸ τῶν τοῦ πόρου τοῦ Ἴστρου ἐμποριστῶν, ὧν ἐξωνησαμένων ἀπὸ βασιλέως τὸν πορθμὸν ἐς τριάκοντα μυριάδας χρυσίου στατῆρας, λέγεται χρήματα μεγάλα κερδᾶναι. κατὰ τὴν ἤπειρον ὁ στρατὸς ὁρμώμενος ἀπὸ Φιλιπποπόλεως, κατὰ δὲ θάλατταν πληρώ- D
σας τριήρεις ἀμφὶ τὰς εἴκοσι καὶ πέντε καὶ πλοῖα εἰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, ἐπορεύετο εὐθὺ τοῦ Ἴστρου ὡς διαβησόμενος διὰ τῆς Βιδίνης πόλεως. ἐκέλευε δὲ πλέειν ταῦτα τὰ πλοῖα διὰ τοῦ Εὐξείνου πόντου ἐπὶ τὸν Ἴστρον. καὶ ὁ στόλος, ὡς ἐνετέλλετο βασιλεύς, διὰ τοῦ Πόντου ἐπέπλει ἐς τὸ τοῦ Ἴστρου στόμα, καὶ ὡς ἐς τὸ στόμα ἐγένετο, ἀνήγετο ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ἐπὶ τὴν Βιδίνην. καί ποι καὶ ἀπόβασιν ποιησάμενος ὁ στόλος τάς τε οἰκίας ἐνεπίμπρα, καὶ ἔκαιε τήν τε Πραΐλαβον πόλιν τῶν Δακῶν, ἐν ᾗ καὶ ἀγορὰν παρέχονται βελτίω ἁπασῶν τῶν ἐν τῇ χώρᾳ, πῦρ ἐνιέντες ἐνέπρησαν. εἰσὶ δὲ P. 269
αἱ οἰκίαι ξύλιναι ὡς τὸ ἐπίπαν. Δᾶκες γὰρ ὡς ἐπύθοντο βασιλέα ἐπιέναι ἐπὶ σφᾶς, τὰς μὲν γυναῖκας καὶ παῖδας ὑπεξέ-

profectus est contra Daciam. tradunt hunc exercitum regis fuisse maximum, et secundum magnitudine ei quem contra Byzantium ductarat iste rex. verum constat illum exercitum fuisse reliquis pulchriorem, et plurimum momenti tum in armis tum in reliquo belli apparatu habuisse. eo autem tempore in armis habuit rex circiter viginti quinque myriades hominum. huius numeri facile iniri potest ratio ex Istri traiectu. nam publicani Istri traiectum emerant ab rege, numerantes triginta myriades aureorum staterum: interim tamen constat eos opes maximas esse lucratos. per continentem deinde exercitus profectus est ab Philippopoli. implens vero triremes circiter viginti quinque et naves circiter centum et quinquaginta, mari recta subvectus est ad Istrum quasi iter facturus per Bidenam. iussit tamen ut istae naves per Euxinum pontum ad Istrum contenderent. et quidem classis, quemadmodum praeceperat rex, per Pontum ferebatur in Istri ostium. ubi Istri oram attigit, adverso flumine navigavit Bidenam. ubicunque egrediebantur navibus, incendebant aedificia et comburebant. Prailabum urbem Dacorum, quae totius Daciae forum erat celeberrimum, iniecto igne concremarunt. pleraque autem istius regionis aedificia lignea sunt; hinc fit ut fa-

θεντο, τὰς μὲν ἐς τὸ ὄρος τὸ Πράσοβον, τὰς δὲ ἐς πολίχνην . . . τοὔνομα, ἐς ἣν κύκλῳ περιιὼν ἐνετήρει καὶ ἐφύλαττε, καὶ τὸ ἕλος ἐχυρώτατον ἐποιεῖτο, καὶ ἐν ἀσφαλεῖ καθίστησι μάλιστα. τὰς δ' αὖ καὶ ἐς τοὺς δρυμῶνας, οὓς χαλεπὸν ἐστι διιέναι ἀνδρὶ ἐπήλυδι καὶ μὴ ἐπιχωρίῳ· πυκνότατοι γὰρ ὄντες, καὶ δένδροις καταπεφυτευμένοι πυκνοῖς, ὡς ἥκιστα παρέχονται διὰ πολλοῦ βάσιμον τὴν εἴσοδον. τὰς μὲν B οὖν γυναῖκας καὶ παῖδας οὕτως ἐξέθεντο, αὐτοὶ δὲ συναθροισθέντες ἐς τὸ αὐτὸ εἵποντο Βλάδῳ τῷ ἡγεμόνι. καὶ ἐς δύο μοίρας ἐπιδιελόμενος τὸν στρατὸν τὸν μὲν εἶχε παρ' ἑαυτῷ, τὸν δὲ ἔπεμπεν ἐπὶ τὸν τῆς μελαίνης Πογδανίας ἡγεμόνα, ὡς ἢν ἐσβαλεῖν ἐκεῖνος πειρῷτο, ἀμυνόμενοι μὴ περιίδωσιν ἐσβαλόντα ἐς τὴν χώραν. ὁ γὰρ τῆς μελαίνης ταύτης Πογδανίας ἡγεμὼν διενεχθεὶς ἐπολέμει τῷ Βλάδῳ ἀπὸ αἰτίας τοιᾶσδε, καὶ πρέσβεις πέμπων παρὰ βασιλέα Μεχμέτην ἐπεκαλεῖτο, καὶ συνάρασθαι τὸν πόλεμον ἔφασκεν ἕτοιμος εἶναι. βασιλεὺς μὲν οὖν ἠρέσκετό τε τοῖς τοῦ ἡγεμόνος τούτου λόγοις, C καὶ ἐκέλευεν οὕτω ποιεῖν τὸν ἑαυτοῦ στρατηγόν, συμμίσγοντα τῷ ναυάρχῳ ἐς τὸν ποταμὸν πολιορκεῖν τὸ Κελίον πόλιν οὕτω καλουμένην τοῦ Βλάδου, ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ ποταμοῦ. ὁ μέντοι ἡγεμὼν οὗτος συλλέξας στράτευμα ἀπὸ τῆς χώρας ἵετο ἐπὶ τὸν βασιλέως στόλον εὐθὺ τῆς Κελίου πόλεως, συμμίξων

cile ignem admittant. Daci ubi acceperunt regem cum copiis adversum se pergere, liberos et uxores collocarunt quasdam in montem Prasobum, quasdam in oppidulum nomine * * * * quod circulo veluti circumiens muniebat et custodiebat. etiam palus sive lacus palustris id oppidulum vel in primis et tutissimum et munitissimum praestabat. quasdam praeterea abdidere in querceta regionis, quae transire difficile est viro peregrino, qui non sit indigena. densissima enim et arboribus consita densis, plerumque inaccessa et invia. mulieres quidem et liberos, quemadmodum dixi, in loca tuta contraxere. viri vero in unum collecti sequebantur Bladum ducem; qui secernens universum exercitum in duas partes, alteram quidem ipse detinuit, alteram vero ire iussit contra Nigrae Pogdaniae principem, ut si is conaretur in Daciam irruere, fortiter resisterent, nec omitterent in eius regionem hostilem incursionem facere. nam inimicitiae intercesserant inter Nigrae Pogdaniae principem et Bladum. quapropter bellum inter ipsos ardebat. cuius haec causa perhibetur. princeps Nigrae Pogdaniae missis legatis hortabatur regem Mechmetem ad bellum inferendum Blado; quem quo magis moveret, pollicebatur se suas copias eius copiis iuncturum. regi grata erant quae princeps iste afferebat. proinde iussit ut promissa ad rem conferret, et exer-

τῷ ναυάρχῳ. καὶ ἐπεί τε συνέμισγε τῷ βασιλέως στρατῷ, ἐπολιόρκουν ἀμφότεροι τὴν πόλιν, καὶ προσβάλλοντες ἐπὶ ἡμέρας συχνὰς ἐξεκρούσθησαν καὶ ἀπέβαλον ὀλίγους τινάς. ὡς δ' οὐ προεχώρει ἡ τῆς πόλεως αἵρεσις, ἀπεχώρουν ἤδη ἑκάτεροι. ὁ μὲν οὖν μέλας Πόγδανος ᾔει ὁμόσε ὡς ἐσβαλῶν ἐς τὴν τῶν Δακῶν χώραν, ἐκωλύετο δὲ ὑπὸ τῆς μιᾶς μοίρας V. 210 τοῦ στρατοῦ, ἥτις ἐτέτακτο ταύτῃ φυλάσσειν τὴν χώραν. D Βλάδος δὲ αὐτὸς ἔχων τὴν μείζω μοῖραν τοῦ στρατοῦ ἐπορεύετο διὰ τῶν δρυμώνων, ἐκδεχόμενος ἰδεῖν ὅποι χωρήσει ὁ τοῦ βασιλέως στρατός. βασιλεὺς μὲν γάρ, ὡς τὰ στρατεύματα αὐτῷ διαβάντα τὸν Ἴστρον ἐγένετο ἐς τὴν Δακίαν, ἐπέδραμεν οὐδαμῇ. οὐ γὰρ εἴα ὁ βασιλεύς, ἀλλὰ συντεταγμένῳ ἐπορεύετο τῷ στρατεύματι. ἐπορεύετο δ' εὐθὺ τῆς πόλεως, ἐς ἣν γυναῖκάς τε καὶ παῖδας ὑπεκθέμενοι οἱ Δᾶκες αὐτοὶ εἵποντο τῷ βασιλεῖ διὰ τῶν δρυμώνων· καὶ ἤν τι ἀποσπασθείη τοῦ P. 270 στρατοῦ, αὐτίκα ὑπὸ τούτων διεφθείρετο. ὁ μὲν οὖν βασιλεύς, ὡς οὐδεὶς ἐπιὼν ἐπηγγέλλετο αὐτῷ ἐς τὴν μάχην, οὔτε ἀπὸ Παιόνων παρεῖναι τῷ Βλάδῳ βοήθειαν, ὠλιγώρει τε καὶ ἠμέλει τοῦ χάρακος, καὶ τὸ στρατόπεδον ἐν εὐρυχωρίᾳ ἔπιπτε. Βλάδος τε γὰρ ὡς ἐπύθετο τοὺς πολεμίους ἐπιόντας, ἔπεμπεν ἄγγελον ἐς τοὺς Παίονας λέγοντα τάδε. "ὦ ἄνδρες Παίο-

citum suum adderet navarcho prope flumen, et iuncto Marte obsiderent Celium urbem Bladi sic dictam et in ora fluminis sitam. at princeps ille, ubi animum regis intellexit, conscripto exercitu de regione sua, pergebat ad classem regis, ut prope Celium urbem adiungeretur regio navarcho. quo facto uterque urbem eam oppugnabant. cumque eam capere anuisi essent diebus sane plurimis, tandem repulsi sunt inde amissis paucis. cumque urbis oppugnatio parum procederet, uterque abiit. Niger Pogdanus proficiscebatur quasi populaturus Dacorum regionem. verum inhibitus est ab ea exercitus parte, quae opposita ei fuerat, ut defenderet regionem, ne hostilia ab Pogdano pateretur. Bladus cum maiore exercitus parte iter faciebat per silvas glandiferas, exploraturus quanam contenderet regis exercitus. rex cum traiecisset copias Istrum, Dacorum regionem ingressus est; nec tamen eam populationibus urebat: nam ne id fieret, prohibuerat. caeterum instructo et composito agmine ibat ad eam urbem in quam Daci exponentes liberos et uxores sequebantur regem per querceta. si qui longius ab agmine regis fuerant progressi, ab Dacis excipiebantur et extemplo peribant. rex cum nuntiaretur neminem accedere qui praelii potestatem faceret, praeterea nec a Pannonibus Blado auxilii quicquam esse, hostem contemnebat, et vallo communire castra negligebat, quamvis ea in patente campo locasset. Bladus

νες, ὑμεῖς ἴστε που ὡς ἡ χώρα ἡμῶν ὅμορός τέ ἐστι τῇ ὑμετέρᾳ, καὶ παρὰ τοῦ Ἴστρου οἰκοῦμεν ἀμφότεροι. νῦν οὖν πυνθάνεσθε, οἴομαι, καὶ ὑμεῖς τὸν βασιλέα Τούρκων μεγάλῃ χειρὶ ἐπιόντα στρατεύεσθαι ἐφ' ἡμᾶς. καὶ ἢν τάδε κατα- B στρεψάμενος ὑπάγηται ὡς τὴν Δακίαν, τόδε ἐπίστασθέ που καὶ ὑμεῖς, ὡς οὔτε ἡσυχίαν ἄγοντες καθεδοῦνται, ἀλλ' ἐφ' ὑμᾶς αὐτίκα ἐπιόντες στρατεύσονται, καὶ πράγματα ἔσται ὑπ' αὐτῶν ἀνήκεστα ἐς τὴν ὑμετέραν χώραν ἱδρυμένοις. νῦν οὖν ὥρα ἐστὶ καὶ ὑμᾶς βοηθοῦντας ἡμῖν ἀπαμύνειν, ὡς οἷόν τε μάλιστα, τὸν στρατὸν τόνδε ἀπὸ τῆς χώρας, καὶ μὴ περιορᾶν φθείροντά τε τὴν χώραν καὶ ἐπικακοῦντα καὶ καταστρεφόμενον τὸ γένος ἡμῶν. ἔχει δὲ καὶ τοῦ ἡγεμόνος τοῦ ἡμετέρου ἀδελφὸν νεανίαν, ὥστε καθιστάντα αὐτὸν ἡγεμόνα ἐς τὴν C Βλαχίαν, ἤν τι μὴ προχωραίη αὐτῷ ἑκάστῳ κατὰ νοῦν." τὸν γάρ τοι τοῦ Βλάδου ἀδελφὸν νεανίαν, ὡς ἐστρατεύετο ἐπὶ τὴν Δακίαν, μεγάλως τε φιλοφρονησάμενος ἐτίμησε, καὶ χρήμασι καὶ ἐσθῆτι ἐδωρεῖτο πολλῇ τε καὶ ἀγαθῇ, καὶ ἐκέλευε πέμπειν ἐπὶ τὴν Δακίαν λόγους, ἐπὶ τοὺς δυνατοὺς ἄγειν τὰ πράγματα. ὅθεν ἐπὶ εὐδαιμονίαν αὐτίκα γενόμενος ἔπρασσε πέμπων ὡς ἐκέλευε βασιλεύς. οὐ μέντοι γε προεχώρει αὐτῷ τότε προπέμποντι. ταῦτα ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου ἀκούσαντες οἱ

3. πυνθάνεσθαι P

ubi accepit ex nuntiis hostes accedere infesto agmine, nuntium misit ad Pannones, talia dicentem "o viri Pannones, vos, non dubito, scitis regionem nostram vestrae esse finitimam, et utrique habitamus affusi Istro. nunc autem, ni fallor, accepistis Turcorum regem magna manu accedere, ut arma nobis inferat. si nunc Daciam vastarit sibique subegerit, scitote, haud cessabit tanto cardine rerum, verum continuo arma hostilia ad vos circumferet. nec dubito quin maxima hinc pericula vestram regionem incolentibus immineant. tempus igitur nunc postulat ut nobis auxilio sitis, ut exercitum hostilem quamprimum e regione propulsemus. nec expectandum censeo, donec regionem nostram contuderit et penitus evastarit et gentem nostram sibi subiugarit. etiam ducis nostri fratrem maiorem rex habet: hunc principem Valachiae constituit. at opera danda est ne ei singula ex sententia succedant. nam Bladi fratrem iuniorem, cum arma contra Daciam vibraret, rex maximis studiis coluit magnisque honoribus affecit. opibus et vestitu multo eum virum donavit. hunc iussit sermones serere cum Dacorum proceribus, ut ipse tandem potiretur rerum summa. quapropter cum brevi in magnam felicitatem sit promotus, ut pareret regi, imperata fecit et Daciae proceres tentavit. nec tamen quicquam adhuc efficere potuit, verum repulsus est." Pannones cum haec audirent ex nuntio, dictis obtemperarunt, et prom

Παίονες ἐπείθοντό τε τοῖς λόγοις, καὶ ὥρμηντο βοηθεῖν καὶ ἐς τὰ μάλιστα ἐπαμύνειν. συνέλεγον δὲ στράτευμα.

